

# Notes du mont Royal



[www.notesdumontroyal.com](http://www.notesdumontroyal.com)

Cette œuvre est hébergée sur « *Notes du mont Royal* » dans le cadre d'un exposé gratuit sur la littérature.

SOURCE DES IMAGES  
Google Livres

ΛΟΥΚΙΑΝΟΥ

ΣΑΜΟΣΑΤΕΩΣ ΑΠΑΝΤΑ.

LUCIANI  
SAMOSATENSIS OPERA

OMNIA IN DVOS TOMOS DIVISA.

T O M V S I.

JOHANNES BENEDICTVS  
*Medicinae Doctor, & in Salmu-*  
*riensi Academia Regia lin-*  
*guæ Græcæ Professor,*

Ex antiquis libris, locorumque sensu emendauit :  
Latinam versionem ita recognouit, ut maxima  
ex parte propriam fecerit.

*Editio purissima, cum Indice  
locupletissimo.*




SALMVRII,

Ex Typis PETRI PIEDEDIE

Anno M. D. C. XIX.

*Cum Privilegio Regis.*








GENEROSO, ET ILLVSTRI HEROI

D. PHILIPPO MORNAYO,  
PLESSIACI MARLIANI DO-  
MINO, BARONI DE LA FOREST,  
&c. Christianissimi Regis in sacro  
Consistorio Consiliario, Cataphra-  
ctorum turmæ Ductori, Salmuriensis  
Vrbis & Ditionis Præsidi,

JOHANNES BENEDICTVS.

 *Vcubrationes meas  
in retexenda Lucia-  
ni versionis parte  
maxima, ut illustrissi-  
mo nomini tuo conse-  
cram, PRAESES AM-  
PLISSIME, duæ potissimum causæ me im-  
pulerunt. Una quidem omnibus, qui hac  
in Academia publicum munus sustinent;*





GENEROZO, ET ILLVSTRI HEROI  
D. PHILIPPO MORNAYO,  
PLESSIACI MARLIANI DO-  
MINO, BARONI DE LA FOREST,  
&c. Christianissimi Regis in sacro  
Consistorio Consiliario, Cataphra-  
ctorum turmæ Ductori, Salmuriensis  
Vrbis & Ditionis Præsidi,

IOHANNES BENEDICTVS.



*V*cubrations meas  
in retexenda Lucia-  
ni versionis parte  
maxima, ut illustrissi-  
mo nomini tuo conse-  
cram, PRAESES AM-  
PLISSIME, duæ potissimum causæ me im-  
pulerunt. *V*na quidem omnibus, qui hac  
in Academia publicum munus sustinent;

## EPISTOLÄ

communis. Cùm enim ea tuis auspicijs,  
hoc in solo propter te solum celebri, nata  
sit, tuóque in literas, cùm humanas, tum  
præcipue sacras, summo studio aucta &  
promota floreat : quinetiam vnumquem-  
que nostrum Mecœnatis amantissimi be-  
nevolentia complectaris, tibi in symbo-  
lum debiti honoris, etiam quantulos cun-  
que industriæ nostræ labores consenta-  
neum est consecrandos esse. Altera vero  
mihi peculiaris illa priore multò grauior.  
Cùm enim aliquando summum illum vi-  
rum, siique temporis inter doctissimos  
lumen Isaacum Casaubonum rogasses, ut  
siquem Græcæ professioni obeundæ ido-  
neum nosset, illum tibi jndicaret ; Quo  
tempore meus frater, priusquam aliquot  
Bartassij librorum metricam versionem,  
luci exhiberet, veridicum illum tripo-  
dem consuluit, eadem opera ejus in manus  
venerunt (quod probè scis) meæ juueni-  
les (quas ipsemet, quæ tua est humanitas,  
inspicere dignatus es) exercitationes in

## DEDICATORIA.


vertendo Græcè Horatio, pari tum me-  
tro, tum numero carminum. Ex quo mei  
Græcis in literis profectus specimine, cùm  
vix ex ephebis excessissimè, elaborato,  
ΜΑΚΑΡΙΤΗΣ ille, concepta spe fore ut  
obeundæ huiusmodi prouinciæ essem ido-  
neus, non rogatus, sed ultro nomen meum  
tibi significauit. Ilico literis quām huma-  
nissimus me hinc remotissimum ad hoc mu-  
nus inuitasti. Quibus acceptis obstupui  
vtique, animique dubius hæsi. Nam meq;  
tenuitatis satis apud me conscius, quid fa-  
cerem, solicite ambigebam. Qui dum nō  
z̄ òlos in Medicina essem (cu us tantum  
in gratiam Græca cum Latinis diligen-  
ter quotidie coniungebam) Græcarum  
literarum Professionem non meditabar,  
tantum abest ut ambirem. Verūm ubi  
hæc cogitatio mentem occupasset, non sine  
diuina prouidentia factum esse, ut tanti  
viri consilio adductus me vocares: D'Q.  
M. ope, tuaque humanitate fretus tuę  
in uitationi lubens obtemperauit, id quoq;

## EPISTOLA

ratus, honori, qui alit artes, mihi cessum.  
si à viro suæ ætatis doctissimo com-  
mendatus apud Heroem singulari pietate  
in Deum, meritis in patriam ARTE ET  
MARTE insignibus spectatissimum, pre-  
stabilium scriptorum monumentis immor-  
talibus orbe toto celebratissimū, ad spar-  
tam hanc me conferrem. In qua ex quo  
tuis auspicijs opellam colloco, quoties tuæ  
in me benevolentiae probandæ occasio sese  
obtulit, toties tuis beneficijs cumulatus  
redij. Quare, non hoc consilio, ut tuorum  
erga me meritorum magnitudini vlla ex  
parte respondeam: sed ut tibi grati animi  
testimonium exhibeam, basce lucubra-  
tionum mearum, quantumuis tenues pri-  
mitias, illustrissimo nomini tuo do, dico,  
consecro. Quas si benignis oculis intueri  
digneris, non modò liuidos inuidorum  
morsus deuitabunt: sed etiam istiusmo-  
di apud candidos doctorum virorum ani-  
mos, qui quandoque in re ardua cæpi-  
tanti facile ignoscunt, aestimationem ob-

## DEDICATORIA.

tinebunt, ut nunquam laboris exantlati  
me pœniteat. Itaque PRAESES AMPLISSI-  
MF, ut ego offero tibi deuoto, ita tu æquo  
animo munusculum accipe quæso, futurū  
syncerè obseruantę quæ te colo, & dum  
spiritus hos reget artus, colere pergam,  
luxurios luculentum. Sic te Deus Nobilis-  
simę tuę familię, & Reipub. Christianę  
incolumem diutissimè seruet. Sic usque  
tua consilia pro florentissimi huius regni  
salute secundet, ut quod abhinc decennio  
Magnus ille Henricus (quod me audire  
probemini) elogium de te pronuntia-  
uit, Nullum scilicet, esse sibi πολιτι-  
κΩΤΕΡΟΝ Consiliarium, reipsa in dies  
comprobetur. Salmurij. 7. Idus Augu-  
stij. Anno 1619.



JOHANNIS BENEDICTI,  
DE HAC SVA GRAECI CON-  
textus, & Latinæ versionis Lu-  
ciani recognitione, ad can-  
didum & φιλέλλων  
Lectorem  
*Præfatio.*

**M**I X V M tibi videri possit, Amice Lector, me post viginti celebria Doctorum viro- rum nomina, recognoscendis Luciani scriptis, & retextendæ maxima ex parte illorum in Latinam phrasim translationi manum admouisse: cùm verisimile sit eos viros, sui temporis lumina, Græcam lin- guam ita calluisse, ut probè intellectum authorem è Græcia in Latiū pede nudquam cæspitante, animo nunquam dor- mitante transtulerint: me vero, iam primum hoc eruditionis specimine innocentem, nihil melius præstare potuisse, quām excellentes illi interpres præsterint: adeo ut huic excepto plus audaciꝝ sit tribuendum, quām veræ laudis re-pendendum. Ego sanè ingenuè agnosco cùm eruditionis meæ mediocritatem, tum egregiam virorum illorum præ-stantiam, quam neque suspicere, neque laudare satis possum: imò cui plurimum deberi sincerè confiteor. Sed, veluti non raro accidit, ut etiam indoctiores doctorum inuentis non contempnenda superstruant & addant: ita & mihi contigisse, si fallor, iudicabis, ut via, editæ antehac metaphrascos be- deficitio, reserata, plerisque in locis scopum authoris clariꝝ & melius attingam. Occasionem exauriendi laboris istius obtulere mihi selectiores & graviores quidam authoris huius Dialogi, quos dum utile dulci permixturus, publicè legebam, & singulas sententias ac voces diligenter expende-

## AD LECTOREM:

bam, plerunque non placebat vetus interpretatio , quandoque etiam mendosa videbatur lectio, vnde siebat ut non plenè, planèque satis locorum nonnullorum sensus caperetur. Idcirco Græcum contextum , vel ex collatione variorum & antiquorum codicium , vel ex proprio iudicio emendabam: & sicubi mentem authoris melius reddere poteram, id sibi quidem , & moderate faciebam. Postea mihi succurrit, siquidem diuersi diuersorum Dialogorum & Tractatuum erant interpres, singulorum partem saltem aliquam attente examinare: quò perspicerem an Græca Latinis apprimè responderent. Hinc variorum interpretum varia ingenia , & quām alias alio fœlicior esset metaphrastes, intellexi. Utque quod sentio, ingenuè pro innato mihi animi candore dicam: comperi Thomam Morum tam fœliciter officio metaphrasie functum , sententias singulas ad verbum seruata latinitate pura reddendo , ut vix aliquid nactus sim , quod melius redderem: imò potius ipsum hac in mea recognitione imitari voluerim. Ad hanc laudem proximè accedit Erasmus Rotterdamus: in quo quanquam plura quām in illo immutanda iudicauit , pauca quidem illa sunt , si cum reliquis comparares. Tertius est Iacobus Micyllus , Erasmo ferè æquiparandus hoc in negotio. Reliqui interpres inter se ferme pares, tribus illis , me iudice, multum cedunt. At omnium infelicissimus mihi visus est Vincentius Obsopœus : qui non solum superflua verborum luxurie mentem authoris passim obscurat, sed etiam plerunque vel non capit, vel corruptit. Atque is est qui tertiam ad minimum illius partem Latine exarauit. Cuius interpretationis , quanquam retineo quicquid possum, tam obscura reliqui vestigia , ut hæc prouersus mea non immerito dici possit: non secus atque [ Asini. ] siue [ Lucij ] versio, quæ usque adeo misera priùs erat, ut suo nominibz bene consuluerit vetus interpres, quum illud reticuit. Ceterum hoc incepto sum versatus, non ut laudem magnis illis viris yllo pacto præcipiam, præceptam in me transferam, ab istiusmodi vesana φιλοτιμίᾳ tantum sum alienus , quantum virtus à vitio, ius ab iniuria distat. Hic animus, hoc consilium solummodo fuit, ut dum otio in aliquo negotio vti licebat, quod esset opis meæ (quæ quām sit tenuis, agnosco) id in rem literariam conferrem. Velim igitur. Amice Lector, conatum hunc meum boni consulas , eoque sic fruatis , ut quod in eo

## PRAEFATIO.

desiderabis, humaniter toleres : & , si saltus asperrimos super-  
rare non videbor , clementer condones. Nolim enim tam  
bene de me sentire , ut contendam me tibi versionem istius-  
modi exhibere , quæ omnis censuræ expers esse possit;  
quandoquidem ardua res est eadem elegantia , eademque  
festivitate authorein hunc de Græca phrasî in Latinam  
transferre: ita proprius est vnicuique lingua genus.& inex-  
plicabilis venustas Fortè autem obijciat aliquis me debuisse  
eos locos notare, quibus in primis emendandis operam im-  
pendi. Id utique facere nolui duabus præcipue de causis. V-  
na, quoniam commoda forma , in gratiam eorum qui libros  
hosce secū circunferre volent, editionē faciendā , & volumi-  
num maiorem vel molem vel munerum vitandum putani.  
Altera , quoniam confido eum qui veterem versionem cum  
hac recognitione , & prius excusos Græcè codices cum no-  
stro conferet, nullo negotio vel ex ipsa sermonis serie , & lo-  
corum sensu, nostræ mutationis rationem deprehensurum.  
Quamobrem duxi me satis in præsentia præstiturum , si,  
quoad fieri posset, purum authorem , & versionem ante vul-  
gata commodiorem & fideliores , cum Indice rerum opere  
illo contentarum exhiberem. Nunc superesset ut aliqua  
commendatione Lucianum cohonestarem , nisi sic , actum  
ab alijs multis , agerem. Et certè quid opus est ut post illos  
repetam eum esse Atticæ eloquentiæ exemplar syncerum,  
samma dicendi festivitate , magna rerum varietate , magna  
scientia, multaque doctrina clarere ? Hic si res serias tractat,  
si grauis: si iocosa, festiuus: si præcipit, si monet, si mordet,  
est prudens, est lenis, est asper : si orator causam agit, est fa-  
cundus, acutus, solidus. Denique adeò secundo, flexilique  
valet ingenio, ut veluti Proteus omnes formas, veluti Cha-  
mæleon omnes orationis colores suscipiat: varioque styli  
penicillo varia argumenta explanet , dum in grauibus exur-  
git sublimis, in tenuibus incedit humilis, in medijs inter v-  
erumque dicendi genus fertur medius: semper sacrificat per-  
spicitati: sic ubi lubet obscuritatem affectare, dexticid facit.  
Ex quibus constat nullum esse authorem , quo commodiūs  
uti possit, quicunque Græcè discere studebit. Hic, si locos  
recte deligas, tyronibus est facilis, proiectioribus accom-  
modus, Græca lingua iam plenè imbutis utilis. Hinc floren-  
tissimis Europæ gymnasijs commendatissimus , ut ex eo

## AD LECTOR EM.

studiosa iuventus , tanquam ex fonte , purum Græcisimū  
hauriret : illique aliorum , qui in scholis prælegi solent , au-  
thorum fabulis scatentium , amplius & planus esset commen-  
tarius : & ex varietate scriptorum πολυτελεστος hominis  
huius , apud quem nulla ferè res est , quæ non veniat in ser-  
monem , Græcè loquendi formularum flores decerpere .  
Quæ cùm citra controversiam ita sint , omne punctum tulit  
Lucianus , qui utile dulci miscuit : dignus profectò quem  
omnis φιλόμουσος amet , quem alioqui impium vel pius non  
dedignetur , siquidem puris omnia pura , qui ceu Ponticæ a-  
pes , mel dulcissimum ex amarissimo absinthio conficiunt A-  
ge ergo quicunque seria , quicunque iocosa quæris , hic in-  
venies quod animum tuum quoque tandem modo affe-  
ctum refocillet ; sive te domi hærentem , sive ruri versantem ,  
sive peregrè euntem , politissimi authoris lectione recreare  
cupies . Hic inter agrorum sata læta , rerum omissis generis  
segetem tibi suppeditabit : in horto florido , rhetoriconrum  
florum varias coronas necet : in viridi & irriguo prato , per-  
enni eloquentia scaturigine , & limpidis facundiæ riuis te  
recreabit . Denique magno paruo-ue sub lare de gentem , mo-  
ribus tuæ forti conuenientibus , nunc salsa dicacitate vitia  
mordendo , nunc merita laude virtutem extollendo , nunc  
recta præcipiendo , te informabit .



*Index eorum quæ primo Tomo  
continentur.*

De Somnio, seu Vita Luciani.	p. i
Contra eum qui dixerat , Prometheus es in verbis.	13
Nigrinus, seu de moribus Philosophi.	21
Iudicium Vocalium.	48
Timon, siue, Misanthropos.	57
Alcyon, siue de Transformatione.	97
Prometheus, siue Caucasus.	103

DEORVM DIALOGI.

Promethei, & Iouis.	120
Cupidinis,& Iouis.	121
Iouis,& Mercurij.	123
Iouis, & Ganymedis.	124
Iunonis,& Iouis.	129
Iunonis,& Iouis.	131
Apollinis,& Vulcani.	135
Vulcani,& Iouis.	137
Neptuni,& Mercurij.	139

Mercurij, & Solis.	141
Veneris, & Lunæ.	143
Veneris, & Cupidinis.	145
Iouis, AEsculapij, & Herculis.	147
Mercurij, & Apollinis:	149
Mercurij, & Apollinis,	150
Iunonis, & Latonæ.	152
Apollinis, & Mercurij:	154
Iunonis, & Iouis.	156
Veneris, & Cupidinis:	158
Dearum Iudicium.	160
Martis, & Mercurij.	173
Panos, & Mercurij.	174
Apollinis, & Bacchi.	177
Mercurij, & Maiæ.	179
Iouis, & Solis.	181
Apollinis, & Mercurij:	184

DIALOGI MARINI.

Doridis, & Galateæ.	186
Cyclopis, & Neptuni.	189
Alphœi, & Neptuni.	192
Menelai, & Protei.	193
Panopes, & Galenes.	175

Tritonis, Amymones, & Neptuni.	197
Noti, & Zephyri.	199
Neptuni, & Delphinum.	200
Neptuni, & Nereidum.	202
Iridis, & Neptuni.	204
Xanthi, & Maris.	205
Doridis, & Thetidis.	206
Neptuni, & Enipëi.	208
Tritonis, & Nereidum.	209
Zephyri, & Noti.	213

MORTVORVM DIALOGI.

Diogenis, & Pollucis.	217
Pluto, seu contra Menippum.	220
Menippi, Amphilochi, & Trophonij	
222	
Mercurij, & Charontis.	223
Plutonis, & Mercurij.	225
Terpfionis, & Plutonis.	227
Zenophantæ, & Callidemidæ.	230
Cnemonis, & Damnippi.	232
Simyli, & Polystrati.	233
Charontis, & Mercurij.	236
Cratetis, & Diogenis.	243

Alexandri, Annibalis, Scipionis, & Minois.	246
Diogenis, & Alexandri.	252
Alexandri, & Philippi.	256
Achillis, & Antilochi.	259
Diogenis, & Herculis.	262
Menippi, & Tantali.	265
Menippi, & Mercurij,	266
Æaci, Protesilai, Menelai, & Paridis,	268
Menippi, & Æaci.	270
Menippi, & Cerberi,	274
Charontis, & Menippi,	275
Plutonis, & Protesilai,	277
Diogenis, & Mausoli,	279
Nerëi, Thersitæ, & Menippi,	282
Menippi, & Chironis.	283
Diogenis, Antisthenis, & Cratetis,	285
Menippi, & Tirefisæ,	291
Aiacis, & Agamemnonis	293
Minois, & Sostrati.	295
Menippus, seu Necyomantis	297
Charon, seu Contemplantcs	320
De Sacrificijs.	348

Vitarum Auctio.	359
Piscator, siue Reuiuiscentes.	383
Citaplus, siue Tyrannus	426
De ijs qui mercede conducti in diuitum familijs viuunt.	453
Apologia pro ijs qui mercede conducti sériunt.	501
Pro eo quod inter salutandum verbo lapsus fuerat.	516
Hermotimus, siue de Sectis.	528
Herodotus, vel Aëtio.	620
Zeuxis, vel Antiochus.	626
Harmonides.	637
Scytha, seu Hospes.	644
Quomodo historia conscribēda sit.	656
Historię Verę liber primus.	707
Historię Verę liber secundus.	744
Tyrannicida.	783
Abdicatus.	803
Phalaris primus.	836
Phalaris secundus.	850



Alexander, seu Pseudomantis,	857
De Saltatione,	906
Lexiphanes,	955
Eunuchus, seu Pamphilus	974
De Astrologia,	983
Demonactis Vita.	996
Amores.	1018

## *Sommaire du Priuilege.*

Par lettres patentes du Roy il est permis à M. JEAN-BENOICT Docteur en Medecine, & Professeur de la langue Grecque en l'Academie Royale de Saumur, de faire imprimer par tels IMPRIMEVRS que bon lui semblera les œuvres de Lucian en langue Greque & Latine de nouveau par lui reueuës & corrigées, Icelles faire vendre, debiter, & distribuer, dedans & dehors le Royaume. Faisant Sa Majesté inhibitiōs & defenses à tous Libraires IMPRIMEVRS, & autres mārcheands quelconques de faire imprimer, vendre ni distribuer, sous quelque preteſte, & en quelque faſon, & maniere que ce ſoit lesdites œuvres de Lucian ſelon qu'elles ont été reueuës & corrigées par ledit Benoict ſans ſon congé & permission, & ce pour l'efpace de dix ans, à commencer du iour & date de l'impreſſion desdits liures, ſur peine de confiſcation, & amende de quinze cens liures. Et outre ſa maieſté à voulu, qu'en inſerant un bref extraict d'icelles Lettres, au commencement ou à la fin desdits liures, elles foient tenues pour ſuffiſamment ſignifiées, à tous IMPRIMEVRS & Libraires, tout ainsi que ſi particulièremēt elles leur auoient été monſtrées & communiquées, comme appert par lesdites Lettres données à Tours le vingtieme iour de Juillet mil ſix cens dix & neuf.

Par le Roy en ſon Conseil.

DE LAIGEZ.





ΑΟΤΚΙΑΝΟΥ ΣΑΜΟΣΑΤΕΩΣ

Διάλογοι.

L V C I A N I  
S A M O S A T E N S I S

D I A L O G I .

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΕΝΤΙΝΙΟΥ, D E S O M N I O , S E V  
την βίον Λυκιανοῦ. vita Luciani.

A R G U M E N T U M .

Occasione narrationis videtur sumpta esse ex i. Xenophonti de  
dicta Socrati; ubi Prodigus Sophista eodem modo Herculis pueritiam  
egresso, narrat virtutem ac voluptatem apparuisse: & utramque il-  
lum ad se per trahere contendisse. Consilium autem & scopus in fine  
ab ipso Luciano explicatur. Nam ut adolescentes præ inopia defi-  
cientes; & ad desertiora animum applicantes, renovaret; & ad li-  
terarum studia converteret; sermonem hunc ait à se institutum esse.

ΑΡΓΥΡΙΟΝ  
επιπλεύσεις  
τὰ διδάσκα-  
λον φατῶ,  
ηδη τὰς ἡλι-  
κιας πρέσβι-  
τοροῦ τατῆς ἐποκόπτον με  
τρίπλου, π τὴ διδάξαντο με.  
της πλείστης ἔνα οὐδέτε, παι-

V P E R cūm  
ineunte a-  
dolescētia  
in ludū li-  
terariū ire  
desuisseim,  
pater me-  
us qua me arte instrueret,  
vñā cum amicis dispiciebat.  
Pleisque certe videbatur  
A

λεία μὲν, καὶ πόνη πολλῆ, καὶ χρέ-  
νι μακρῆ, καὶ διπλῶς ἡ στιχάρα,  
καὶ τύχης διπλῆς λαμπρᾶς. τὰ δὲ  
διμήτερα, μηχανήται εἶναι, καὶ τε-  
χνῶν πτυχαὶ τὰς ἀπικουεῖσαν αὐτοῖς  
πατέντων. οἱ δέ πτυχα τέχνης τῶν  
βαραντον τάτον ἐκμάθημι, τὸ  
μὴν περιφέρον διδύνειν αὐτὸς ἔχειν  
τὰ ἀρχοῦντα περὶ τῆς τέχνης, καὶ  
μηκέτι οἰκόστος εἶναι, πλικεύτως  
ἔντεκτος εἰς μακραῖς δικαῖος τὸ γρυγό-  
μένον. Δευτέρας δὲν οὐκέπειτε  
εἰρήνη περιτέλει, τίς αὖτις τῶν  
τεχνῶν, καὶ βάσιν ἐκμάθειν, καὶ αὐ-  
τοῖς ἐλευθερῷ πρόπουνος, καὶ περ-  
ιτελεῖν ὄχυρον δικαῖον, καὶ  
διαρκῆ τὸν πόρον. ἀλλα τοίνυν  
ἄλλων ἐπιτελέντως, οὐδὲ ἔκαστος  
γνώμης οὐκπιείσας ἔχει, οὐ πε-  
τὴρ εἰς τὸ δεῖνον αἰτιῶν, περιτελεῖ-  
σθείς μητρὸς δεῖνος, αἴσιος ἐρ-  
γογλύφος εἶναι δοκεῖν, καὶ λεπ-  
έος εἰς τοῖς μάλιστα ὄνδοντιμοις,  
εἰδέναις εἶπον ἄλλων τέχνης ὀπ-  
τικατεῖν, σοῦ παρέγντος. Αὕτη τοῦ-  
τον ἀγα, δεῖξας ἔμε, καὶ δίδυκος  
περιπλακεῖν λίθους ἐργάτης ἀγα-  
δὸν εἶναι, καὶ σωματιστήν, καὶ ἐφ-  
μογλυφίαν. Διώτα δὲν καὶ τοῦτο,

in statuarium præstantem euadat.

Humanitas, & labore multo,  
& tempore longo, & sum-  
ptu non exiguo, fortuna de-  
nique splendida opus habe-  
re: nostras autem faculta-  
tes cùm tenues esse, tum ce-  
lere quoddam auxilium po-  
stulare. Quòd si mechani-  
cam aliquam artem didi-  
cissem, fore primum ut sta-  
tim ab ipsa arte necessaria  
vitæ compararem, nec am-  
plius domi, etiam adhuc a-  
dolescens, paternis sumptu-  
bus viuerem: deinde ut non  
multò post patrem exhilara-  
rarem, quum semper iustam  
mercedem referrem. Hinc  
secundæ consultationis ca-  
put est propositum, quænan-  
tas optima, & ad discendum  
facillima, & libero homine  
digna esset: quæque minori  
sumptu egeret, quæstūmque  
continuum sufficeret. Pro-  
inde alio, vel ex sententia,  
vel ab experientia, aliam  
laudante; pater auunculum  
intuens (aderat enim is  
quoque statuarius optimus,  
sculpendo & poliendo mar-  
more inter probatissimos  
artifices habitus) non fas est,  
inquit aliam artem, te præsen-  
te potiorem haberi. Quare  
hunc abduc, (me demon-  
strans) & acceptum do-  
ce lapides probè expo-  
lire, & coagimentare, ut  
in statuarium præstantem euadat. Posset enim & hoc,

# S O M N I V M.

3

φύτεις γαίς οὐδὲν ἔχει μέγιστον.  
ἰππανέρητο γέ τεῖς εἰς τοῦ πηγοῦ  
πειλάς ὄποτε γέδε αἰρεθεῖσι  
γένοται μελακάλων, ἀποβίων εἰ  
τὸν πηγήν, εἰ βόσι, εἰ τερπούς, εἰ καὶ A  
τὸν δὲ αἴθριον αἰθναλαῖτον, εἰ  
νότος, οἷς ἐδόκουν τῷ περέος. ἐπ'  
εἰς πηγὴν μὲν τοῦ μελακάλων,  
πληρὸς ἐμφανον. τόπος γέ τημε-  
νος εἰς την ἐυφυτὴν καὶ ταῦτα γέ. B  
γέ χριστὸς εἶχεν ἐπ' ἑμοὶ τὰς ἔκ-  
πλασίας, οἷς εἰς βεργάρην μεθίστημε-  
να τούτους, ἀπ' εὐσέντος γε τῆς  
πλευτῆς. ἀπό τοῦ διων ἐπιπλή-  
σιος ἡδεῖς οἵμερος τίχηνς ἀπά-  
ριθτος. ποτὲ περιεδύσιμος τῷ  
Ζεύ, μὲν τὸν Δέ εἰσιδει τῷ  
φάρμακον ἀχθόμενος. οὐαί μοι  
γέ πειλάτη ταῖς ἀπερτῆις ἰδόκοι  
ἔχει, εἰ φρεγὸς τοὺς μλικότας ἐπί-  
στηξι, εἰ φαρμακίου θεύτη γλύ-  
κα, τοῖς σχαλμάπα την μηρὰ  
τητοπενταῖσιν ἐμαυτῷ τε, καὶ  
κότος, οἷς φερερόντων. γέ τούτο  
περιπτον ἐκέντο γέ σωτερος τοῖς  
ψηχμάσιοις ἐγένετο. ἔγκοπα γέρ E  
πειλάτη μὲν δέ οἱ θεῖος, εὐέλευσος  
μετ' ἥμινα προδιπλός πλακός, εἰ  
μίσθιον καρδίαν, ἀπεττών τὸ κοι-  
τόν, Λαρήδη δέ τοι οἵμον παντός.  
οὐλεῖτεο γέ τετευχόντος γέ  
γει τοπίοις, θαβετ.

natura ut scis, prædictus fac-  
lici, ac dextera. Conjicie-  
bat hoc ex ludicris illis  
qua ex cera conficiebam,  
quum dimissus à præcepto-  
ribus, vel boues, vel equos,  
vel etiam homines, recte  
per Iouem ut patri videbat,  
abrafa cera effingebam: quo-  
rum causa plagas à præ-  
ceptoribus accipiebat. Tunc  
autem his laudibus ad ex-  
titandam ingenij dexteritatem  
me prosequabantur:  
& ex illa ad singendum  
propensione, omnes spem  
bonam concipiebant, fore  
ut breui artem hanc addis-  
cerem. Simul igitur idonea  
videbatur dies auspicandæ  
arti, & tradebar auunculo,  
tem per Iouem non iniquo  
admodum animo ferens.  
Quin mihi lusum quandam  
non insuauem res ipsa vi-  
debat ut habere, & ad nomi-  
nis apud æquales illustra-  
tionem facturum esse, si &  
Deos sculpere, & parva que-  
dam simulachra, cum mi-  
hi, tum quibus vellem, a-  
dornare nosse comperirer.  
Primum quod auspicanti-  
bus fieri solebat. Celte da-  
ta, tabulam in medio iacen-  
tem, leniter attingere iuf-  
fit auunculus, tritum illud  
admonens, Dismidium facti,

A 2

πείσα μὲν, καὶ πόνη πολλῆς, καὶ χερ-  
για μακρᾶς, καὶ δαπάνης εἰς ομιχρᾶς,  
καὶ τύχης διττᾶς λαμπρᾶς. τὰ δὲ  
λύματα, μηχανήται εἶναι, καὶ τε-  
χνῶν πνευματικῶν ἀποκονιεῖν αὐτοῖς  
πατοῦν. οἱ δέ πνευματικοὶ τῶν  
βανανούσιν τέτοντας εἰποῦνται, τὸ  
μὴν περιφέροντας θύειν αὐτὸς ἔχειν  
τὰ αρκοῦντα παρὰ τῆς τέχνης, καὶ  
μηκέτι οἰκόστος εἶναι, τηλικέτος  
ἔντονες εἰς μακραῖς δὲ καὶ τὰ πατέρες  
ἐν φρεγεῖν, ἀποφέζουσιν τὸ γνω-  
μόνον. Δευτέρας οὖσα σκηνεως  
αρχὴ προσύτερη, τίς ἀρέσκει τῶν  
τεχνῶν, καὶ πάσῃ εἰμιαθεῖν, καὶ αὐ-  
τοὶ εἰλευθερώς πρέπουσσι, καὶ περ-  
ιτερούς ἔχουσας τὸ χορηγεῖν, καὶ  
διαρκῆ τὸν πόρον. ἄλλες τοίνυν  
ἄλλεις ἐπιτελεῖντος, οἷς ἔχειν  
γνώμης οὐ διπλεῖας ἔχειν, οἱ πα-  
τηρες εἰς τὸ δέον αἰτοῦνται, παρεῖν γένο-  
σθεις μητρέος δέος, αἵρεσος ἐρ-  
γουλύφος εἶναι δοκοῦν, καὶ λαθο-  
ξόος εἰς τοὺς μάλιστα ὄνδρούμοις,  
εἰς δέοντας εἰπον αὖτες τέχνης ὁμ-  
ικρατεῖν, σοῦ παρείντος. Αὕτη ταῦ-  
ταιν αὖτε, δείξας ἐμοὶ, καὶ διδοὺς  
παρελαβὼν λίθων ἐργάτης αγα-  
δούσαις εἶναι, καὶ συναρμοστὸν, καὶ ἐρ-  
γουλυφέα. Διώνας δὲ καὶ τούτος

Humanitas, & labore multo,  
& tempore longo, & sum-  
ptu non exiguo, fortuna de-  
nique splendida opus habe-  
re: nostras autem faculta-  
tes cùm tenues esse, tum ce-  
lere quoddam auxilium po-  
stulare. Quòd si mechani-  
cam aliquam artem didi-  
cissem, fore primum ut sta-  
tim ab ipsa arte necessaria  
vitæ compararem, nec am-  
plius domi, etiam adhuc a-  
dolescens, paternis sumptu-  
bus viucrem: deinde ut non  
multò post patrem exhila-  
rarem, quum semper iustam  
mercedem referrem. Hinc  
secundæ consultationis ca-  
put est propositum, quænam  
ars optima, & ad descendunt  
facillima, & libero homini  
digna esset: quæque minor  
sumptu egeret, quæstūmque  
continuum sufficeret. Pro  
inde alio, vel ex sententia  
vel ab experientia, alias  
laudante; pater auunculum  
intuens (aderat enim in  
quoque statuarius optimus;  
sculpendo & poliendo mar-  
more inter probatissimo  
artifices habitus) non fas esset  
inquit aliam artem, te præsen-  
te potiorem haberi. Quare  
hunc abduc, (me demon-  
strans) & acceptum do-  
ce lapides probè expo-  
lite, & coagmentare. Posset enim & hoc  
in statuarium præstantem evadat.

# S O M N I V M.

πόνος μός εἶδε θάρη μέγιστος.  
επικαίρετο δὲ τοῖς ἐν τῷ πλευρᾷ  
παιδῶν ὅποτε γὰρ αἰρεθείσι  
ιστὶ πλευράλων, ἀποβήτων εἴ-  
τι πλεύρῃ, οὐδέας, οὐ γέποντος, οὐ κα-  
τίστων, οὐδέποντος τῷ πλεύρῃ. οὐδὲ  
οὐ, παρὰ μὲν τῷ πλευράλων,  
πλεύρᾳ ἀλάμφανον. τόποι δὲ τοῦ πλεύ-  
ρης τοῖς ἐνθυίσιοι καὶ πάντα οὗτοι.  
Ιχνεῖσθαι εἴχον ἐπ' ἄρμοι τὸν ἔθ-  
νακον, οὐδὲν δὲ βεραχῆ μαδίσσου με-  
τὸν τέρποντο, απὸ ἐμοίνος γε τῆς  
πλεύρης. αὖτε δὲ ὅση ὁπτι-  
κης ἔδηκε πάντα τέρποντο  
καὶ πάρηστον τοῦ πλευράλων τῷ  
μὲν, μὲν τῷ δὲ εἰς ορθόδεξ τῷ  
τεργαστῇ αὐθόρμος. οὐδέποτε με-  
ταδιάν πινακίδα αὐτοράπτης ἴδοκεν  
εἰς τοὺς πλευράλων τοῖς  
εἰς φαστίμοις διέστη γλύ-  
κα, καὶ στρατηγάπα της μηρά  
ποιεῖσθαι ἐμαυτῷ πε, καὶ  
ποτος, οὐδὲ περιεργόποιον. καὶ τότε  
εὗτον ἐκόπιστο καὶ σωτίθες τοῖς  
εργάτοις ἤγιότεο. ἡγετία γάρ  
μοι διὸς οὐθεῖος, εὐλέυσος  
πέριμα καθηκόδης πλακός, εἰ-  
σθροντόντος, ἀπετοντὸν τὸ κοι-  
λαστήριον ὑπατεργάκοτος οὐ-  
τοπειρί, καὶ τοις πάντοις παντός.  
Επειδὴν οὐτεπειρί, οὐτεπειρί,

natura ut scis, praeditus fac-  
lici, ac dextera. Conjurie-  
bat hoc ex ludicris illis  
quæ ex cera conficiebam,  
quum dimissus à præcepto-  
ribus, vel boues, vel equos,  
vel etiam homines, recte  
per Iouem ut patri videbat,  
abraſa cera effingebam: quo-  
rum causa plagas à præ-  
ceptoribus accipiebā. Tunc  
autem his laudibus ad ex-  
citandam ingenij dexteritatem  
me prosequabantur:  
& ex illa ad singendum  
propensione, omnes spem  
bonam concipiabant, fore  
ut breui artem hanc addis-  
cerem. Simul igitur idonea  
videbatur dies auspicandæ  
arti, & tradebar auunculo,  
rem per Iouem non iniquo  
admodum animo ferens.  
Quin mihi losum quendam  
non insuauem res ipsa vi-  
debatur habere, & ad nomi-  
nis apud æquales illustrationem  
facturum esse, si &  
Deos sculpere, & parua que-  
dam simulachra, cum mi-  
hi, tum quibus vellem, a-  
dornare nosse competreret.  
Primum quod auspicanti-  
bus fieri solebat. Celte da-  
ta, tabulam in medio iacen-  
tem, leniter attingere iuf-  
fit auunculus, tritum illud  
admonens, Dismidum facti,  
durius præ imperitia percus-

# LVCIANI

επινείσ, κατέάγη μόνον οὐλάξ.  
 ὃ δὲ, αγανακτήσας, σκυταλιών πι-  
 νά καινύμενον τολκούσον λαβὼν, οὐ  
 φερεῖσ, εἰδὲ φρεγτεπλικᾶς με-  
 κυπτήσατο. οὐτε δέκουνά μοι τὰ  
 πλευραῖς τῆς τόχης. ἀποδέξας  
 θυσὶ ἀπεῖσι, σὺν τὸν οἰκιαν ἀ-  
 φικτῶναι, Συνεχὴς αἴσθολούζων,  
 καὶ δακρύον τὸν οφθαλμούς ιστο-  
 πλωτός. καὶ διηγεῖμαι τὸν οικι-  
 τάλιν. καὶ τὸν μόλωπα ἔστι-  
 χνον. καὶ καππούρευν πολλούν πνε-  
 ωμόπιτα, περιθεὶς ὅποι τοῦ φερό-  
 ντο πάντα ἔδεσσον, μηδὲν τὸν οἰ-  
 βάλωμεν κατὰ τὴν τόχην. α-  
 γανακτηκαίμην δὲ τῆς μητρούς,  
 καὶ πολλὰ τῷ αἰδελφῷ λοιδοριτα-  
 μήντος, ἐπεὶ γυνές ἐπολθεῖ, κατέδερ-  
 θον ἐπὶ τὸν δακρύον, καὶ τὸν γύχθ-  
 θλικὸν ἄποστον. Μέχει μὴ δὲ τού-  
 πον γελοσία, καὶ μηδεγκάδην  
 τὰ εἰρημένα. τὰ μὲν ταῦτα δέ, οὐ-  
 της ἐνκριταφέγγυτας αὖδρες α-  
 κούστων, μηδὲ καὶ πάνι φιληκούν  
 ἀφροστῶν δέοδινα. Ιναὶ γὰρ καθ'  
 Ορμεον οὔποι, Θεοῖς μοι εὑ-  
 πτιον πλέον ὑπερηργούμενον  
 διὰ γυνητας, εὐαργῆς τοις, οὐτε  
 μηδὲν ἀπολεπτοδηγ τῆς ἀληθείας.  
 ὅπι γωνὴ καὶ μὲν τοσοῦτον γρέοντος,  
 τὰ τε φυσατέ μοι τοῦ φανέντον  
 εἰ τοῖς οφθαλμοῖς παρεγένεται, καὶ  
 η φωνὴ τῶν σκοινιδέντων πνευμάτων.

tiente, tabula rumpitur.  
 Indignatus auunculus, ac-  
 ceptaque scutica quæ prope  
 iacobat, nequaquam man-  
 suetè, atque ut animum ad-  
 denti conuenit, me initia-  
 uit: adeò ut lachrymæ artis  
 procemium mihi fuerint. Id-  
 cirkò arrepta inde fuga do-  
 dum repero, continuoque  
 ciulando, & lachrymis ocu-  
 los oppiendo, commemora-  
 bim scuticam, vibices ostendebam,  
 nimirumque illius  
 crudelitatem accusabam, ad-  
 dens hæc illum inuidia fe-  
 cissem, ne se in arte supera-  
 rem. Cùm stomachata, &  
 multum fratri conuiciata  
 fuisset mater, ubi nox super-  
 uenit, lachrymosus adhuc  
 obdormiui, totamque no-  
 tem cogitabundus deouibui.  
 Hactenus ridicula sunt, &  
 puerilia quæ diximus: quæ  
 verò deinceps audietis, ne-  
 quaquam contemnenda sunt,  
 & viri: sed quæ auscultandi  
 percupidos auditores re-  
 quirant. Nam ut ex Homo-  
 reto dicam. Veritate mihi divina  
 insomnia nocte Alma, ita cui-  
 dentia, ut à veritate nihil  
 distarent. Nunc etiam post  
 tantum temporis interual-  
 lum, & visorum species o-  
 culis inhæret, & auditorum  
 vox auribus infonat, tam

εὗτοι οὐκέπι πάτε ἄν. Δύο γυναι-  
 κες λαθομέναι τῷ χρεῖ, εἴλ-  
 πότι με φέρεις ιαυτὴν ἔχοτες  
 μάλα βάσις, ἢ γαρ τέρπει. μη-  
 χροῦ χοῦ με διασκέπετο φέρεις A  
 ἄν. πλαστικοποιοῦμεναι. καὶ γὰρ  
 εἴτινα μὲν αὖ, εἴτερα ἐπιφανεῖ,  
 ἢ παρεμβαίνειν ὅλοι τοῖχοι με φέρε-  
 ται, αἵδες ταῦτα τοῖς εἰσεγένεται  
 γένεται. ἀφόστολος φέρεις αἰλαύνεις  
 ἐπιφέρει. οὐδέποτε αὐτῆς ὄντα με  
 λεκτήδεις βιδότει. οὐδὲ, αἱ πά-  
 σις τῶν ἀλλοτείων αὐτοποιοῦται.  
 οὐ γάρ μὲν ἔργα ποιεῖ, καὶ αὐτὸς εἰ-  
 ειται, ἢ σύχρηστος τῶν κόρων, τὸ  
 γένεται τόλοις αἰάσταις, θηρευ-  
 σθειν τῶν θειώτατα, πτάνει κατα-  
 γένεται, οἷος εἴ τοι οὐδεὶς ἀπότι-  
 θει τὸν λίθον. εἴτερα δὲ, μά-  
 λα εὐεργέτειος, ἢ τὸ γένεται εὐ-  
 εργέτειος, ἢ κόρων τῶν αἰαφο-  
 λίων. τέλος δὲ οὐδὲ, ἐφιᾶσθι μοι  
 διαγένεται ποτέρα βιδούλης αι-  
 σθαντος. φέρετος φέρεται οὐ σκλη-  
 ρεῖται, ἢ αὐτὸρων ἔλεξεν.  
 Εγὼ οὐδε τοῦ, ἔργων λυφτεῖ  
 τεχνηὶ τοῖς, λινοχθίῃς ἡρέων μαρ-  
 λανει, οὐδείς τε οὐδὲ τούτην τοι-  
 ποτε ποιομετανομάσει. οὐ, τε γάρ ταῦτας οὖν, εἰ-  
 ποτε ποιομετανομάσει. μηχανήτε-  
 εις, λιθοφέρεις λινοχθίῃς, ἢ τοῦ διεγέ-  
 γνοτέρεις. ἢ μάλα σιδηρομετα-  
 νίματς. οὐδὲ δέλοις λιρων μόνη

plana fuerunt omnia. Dux  
 mulieres manibus prehen-  
 sum, ad se vtraque valde  
 violenter ac potenter me  
 trahebant: unde parum ab  
 fuit quin me discerperent,  
 inter se contendentes. Nam  
 altera quidem superabat, &  
 prope modum totum tene-  
 bat me: modò contrà ab al-  
 tera tenebat. Tum in se in-  
 uicem clamabant ambæ,  
 hæc quidem quod suum vel-  
 let me possidere: illa vero  
 quodd aliena nequicquam  
 sibi vendicaret. Erat autem  
 altera operaria, virilis, &  
 squalida coma, callosis ma-  
 nibus, succincta veste, mar-  
 moreo puluere oppleta, qua-  
 lis erat auunculus quum la-  
 pidès poliebat. Altera facie  
 venusta, habitu decoro, ver-  
 ste modesta, mundaque. Po-  
 strem autem permittunt  
 Dmeo iudicio utri carū con-  
 uersari malim. Et sic prior  
 illa dura, & virilis locuta  
 est. Ego, chare puer, Sta-  
 tuaria sum, quā heri disce-  
 re cœpisti, tibi familiaris,  
 & à parentibus congenita,  
 Nam & auus tuus ( cui  
 mateini nomē addens) fuit  
 marmorarius, ambo præte-  
 rea auunculi tui, & prop-  
 ter nos valde claruerunt.  
 Quod si velis tricis, ac

καὶ φίλωνάφεν τῶν πορρὰ πούτης  
 ἀποχεδεῖ, διέξεστα τῷσι ἀπέργει,  
 ἐπειδὴ δὲ καὶ συνοικεῖν θύμοις απεργό-  
 ται μὴ θρήτη γερρικός, καὶ τὸν  
 ὄμρους θέξεις καρπερόν, φθόνου δὲ  
 πεπτὸς ἀλλότερος ἔστι, καὶ οὐ πο-  
 τεύεται ἐπὶ τῷσι ἀλλοδαποῖς, τῷσι  
 πατείδαι, καὶ τὸν οἰκεῖον καρπα-  
 λιστών. εἰδὲ ἐπὶ λόγοις ἐπικυ-  
 ονται οἱ πάντες. μὴ μυταχθεῖσι  
 δὲ τὸ σύμμετος τὸ ὄντελος, μὴ δὲ  
 τῆς ἀδητοῦ τὸ πηγαέν. ἀπὸ γὰρ  
 τῶν τοιούτων ὄρμωμένος καὶ  
 θειδίκεσσίνος, ἔδειξε τὸ Δία.  
 καὶ Πολύκλετος τῷσι Ηγεγει-  
 ράσσεται καὶ Μύρου ἐπιτίθεται, καὶ  
 Πραξείτελος ὑθαυμαστὸν περοι-  
 νοῦστον γειτεῖ, ὃντοι μὲν τῶν θεῶν.  
 εἰ δὲ τούτον εἴς ξένοιο, πῶς μὴ  
 ὑπληνὸς αὐτὸς πορρὰ πᾶσην αὐ-  
 θρόποις γένεται; Καλοτὸν δὲ καὶ τὸν  
 πατέρα ἀποδείξεις πειβλεπτον  
 δὲ ἀποφαντίς καὶ τῷσι πετείδαι.  
 πάντα γὰρ ἐπὶ τούτον πλεύσα,  
 διαπλάνουσι, καὶ βαρβαρίζουσι,  
 πάμπολλα ὑπενὶ τέχην, μάλα  
 δὲ αποιδῆσιςεγενεται, καὶ πιθεν  
 μεπιρρεμένη. ἀλλ' ἐπειπο μημε-  
 μετα τὰ πλεῖστα γὰρ μὴ μου τῷ  
 μηνύμην διέργαγεν. ἐπὶ δὲ γάρ ἐ-  
 παύσατο, αρχέται οὐ ἐπέρειδε  
 πως. Εἶναί δὲ τὸ τέλεον, παύσια

nugis circa quas ista verfa-  
 tur, alteram indicans, absti-  
 nere, me vero sequi, nec cum  
 que degere: primum gene-  
 roscè educaberis, & robustos  
 humeros habebis, ab omni  
 quoque inuidia alienus e-  
 ris: nec patria, tuisque fa-  
 miliaribus unquam relictis,  
 in terras alienas abibis, ne-  
 que ob orationem laudabut  
 te omnes. Neque vero cor-  
 poris vilitatem, aut vesti-  
 um sorditatem aufereris. Nam  
 ab his initijs profectus etiam  
 Phidas ille Iouem spectan-  
 dum exhibuit, & Polycletus  
 Iunonem fabricauit, Myron  
 laudatus est, & Praxiteles  
 in admiratione fuit: & hi  
 quidem cum Diis illis ado-  
 rantur. Quod si horum u-  
 nus euaderes, quomodo ip-  
 se apud omnes homines ce-  
 lebris non fieres? Patrem  
 certe beatum efficeres, &  
 patriam omnibus spectabi-  
 lem redderes. Hec atque  
 his etiam plura balbutien-  
 do, & barbarè pronunci-  
 ando, pleraque dixit Sta-  
 tuaria, summo studio om-  
 nia connectens, & me in su-  
 am sententiam adducere  
 contendens. Sed plura non  
 memini: maxima enim pars  
 mihi excidit. Ceterum ubi  
 tandem finem fecit loquen-  
 di, altera in hunc fermè mo-  
 dum orditur. Ego vero, δὲ sili-

# SOMNIVM.

7

εἰναῖς τοις οὐδὲν σοι, καὶ γνωσίμη,  
εἰ γάρ αὐτόποιοι εἰς τέλος μου πα-  
πιεσθαι. οὐλίκη μόνοις τὰ ἀγα-  
θὰ περὶ λιθοῦργος γραμμούς,  
καὶ τεχνίας εἴη, τῷ σώματι πονῶν,  
καὶ πύτε φύλακας ἀπαστολῆς  
ἢ εἰς τεθειρόδοντος. αἱραντὸς μόνῳ ἀν-  
τίστη, οὐλίκη καὶ ἀγαθὴ λαμ-  
βανεῖσθαι, πεπιγραφέσθαι, εἰ-  
τελεῖς δὲ τῷ περισσότερον. εἴτε φί-  
λοις στολισθείσιν, εἴτε ἔχθροις  
φίλοις, εἴτε τοῖς πολίταις ζηλα-  
τοῖς, ἀλλὰ αἱ τοῦ μόνου ἐργάταις, καὶ  
τὸν εἰς τὸ πολλοῦ δίκαιον εἰς, αἱ  
τοῦ φευγόντα νεανίσκον, καὶ  
τὸν λέγον μωάμμενον περιπτένων,  
λαζαρίσιον ζῶν, καὶ τοῦ κριθίους  
ἔρμανον ἄν. εἰ δὲ καὶ Φειδίας, ή  
Πολύκλειτος γέροντος, καὶ θαυμα-  
τικολάτερος ἐργάσασθαι, τῷ μόνῳ τέ-  
χνῃς ἀπαστολεῖς ἐπιστολαῖς, η  
τοῦ δὲ τοῦ τοῦ ιδόντων, εἰ γοῦν  
ἔχει, ἔνεξαιτός αὖ σοι ὅμοιος γρά-  
ψε. οἶσσις γάρ αὐτὸς, βανανος, καὶ  
ζευφόραξ. καὶ ἀποχειρεβίωντος  
τεμαδόνη. οὗ δέ μοι πειθεῖ, περι-  
πολιτεύοντος πολλὰ ὀποτεῖχε πα-  
λαιῶν αὐτῷ τῇ φράσει, καὶ πράξεις  
δευματάς, καὶ λόγους ἀντῶν

Humanitas sum, iam con-  
sueta & nota tibi, tametū  
nondum ad finem perie-  
lum mei feceris. Quanta  
utique bona sis adepturus  
si statuarius euadas, illa  
modò exposuit. Nihil enim  
aliud nisi operarius eris,  
corpore laborans, & in hoc  
totam vitæ spem positam  
habens, obscurus ipse de-  
gens, modicum & minimè  
generosum quæstum faci-  
ens, deiectus animo, tenuis  
reditibus, nec amicis in fo-  
ro auxiliaris, nec inimicis  
formidabilis, nec ciuibus  
beatus prædicandus; sed il-  
lud solùm videlicet opifex,  
& è vulgo unus, præstan-  
tiorem te semper formidās,  
& dicendi peritum colens,  
Dleporis vitam viuens, poten-  
tioris denique lucrum ex-  
istens. Quod si etiam Phi-  
dias, vel Polycletus sis, &  
præclara multa opera edas,  
artem quidem laudabunt  
Eomnes, nemo tamen ex as-  
picientibus, qui sanx sit  
mentis tibi similis esse op-  
tarit. Qualis qualis enim  
fueris, nihil nisi mechanici  
us artifex, manibus ope-  
rans, & ex ijssem victum  
quæritans censeberis. Atcō-  
trà, si mihi obsequaris, pri-  
mū tibi multa præscorum virorum præclara opera, a-  
ntique admiratione digna ostendam. Deinde & orationes

απογέννασαι, καὶ πάτερνός εἰ-  
πιν, ἔμπειρον ἀποφάνουσα καὶ  
θεῖμη, ὅπερ σὺ χωρίστας θέτῃ,  
καταχρησίου τολμοῖς, καὶ ἀρδοῖς  
κοστίμασι, σωφροσύνῃ, δίκαιοσι—  
τῷ, ἐνορθώσῃ, περιστήπῃ, ὄπιζειᾳ,  
σωθεῖ, καρπεῖᾳ, τῷ τὸ καλῶν ἔ-  
ρωπ, τῷ φεύγει τὰ σημιότερα ἑρ-  
μῆ. ταῦτα γάρ θέτον ὁ τὸ φυγῆς ἀ-  
κίνητος αἱ τοῦτος κόσμος. Λίστα  
ἢ σε εἴτε πελαιὸν εἰδὼς, εἴτε νῦν  
ζήτεις δέηται, ἀλλὰ καὶ τὰ δέοντα  
περιστήψῃ μετ' ἐμοῦ. καὶ οὐλας, α-  
νατατα ὀπόσια θέτε θεῖα, τέτο  
ανέρετητα, εἴ τις μακρά σε δι-  
δάξομεν. καὶ ὁ γαῖα πόνος, ὁ τὸ δι-  
νος, ὁ βαλενταύμονός τι πει αγγε-  
ροῦς εἴτε τέχνης, μετ' ὀλίγον α-  
παστοὺς πλευτούς, καὶ ὄπιζονος ἵση,  
πηλαύμονος, καὶ ἐπιτηνύμονος, καὶ  
ἐπὶ τοῖς αέρισοις ἐνδοχυμῷ, καὶ  
ναὸς τὴν φόει τοὺς πλεύτας περιχόν-  
των ἀποβλητούμονος· εἰδῆτε μή  
τοι αὐτοὺς ἀμποχόμονος, διδά-  
σσα τὸ ιαντῆς, πάντα τὸ λαμπρά  
ἰστορες. αγέρες τὸ καὶ περιδειάς αξέιν  
μηνούς κανονικούμην, οὐδὲ  
ἐπὶ τὸ αλλοδαποῦς αὔρας, εἰδὲ αἴρε-  
ται τὸ την. τοιαῦτα σοι πειθεῖσαι τὰ  
γνωσίουσατα· αὐτὸς ὁ πόνος των ἴκα-  
νιμαρτιού. Ετιμασθείσης.

torum exponendo, & om-  
nium, ut ita dicam, ex-  
pertum te reddendo, ani-  
mū, quæ tui pars est præci-  
pua, multis ac præclaris or-  
namentis exornabo, Mode-  
stia scilicet, Iustitia, Pieta-  
te, Māsuertudine, Aequitate,  
Prudentia, Fortitudine, A-  
more honesti, rerū grauissi-  
marū Desiderio. Hæc enim  
sunt verè incorrupta animi  
ornamenta. Præterea neque  
quicquā ante actū te latebit,  
néq; quod in præsentia est a-  
gendū, sed illud multò ante  
me cum prospicies. Omnia  
in summa, quæcunque seu  
diuina sunt, seu humana,  
breui te docebo. Et qui nūc  
pauper es, istius nescio cu-  
iū filius, qui de adeō illi-  
berali arte nescio quid con-  
sultas, haud multò post, om-  
nibus insignis, & admiran-  
dus videberis, dum honorib-  
us afficeris, landibus eve-  
heris, & rerum præstantissi-  
marum gloria celebraberis,  
& ab iis qui genere, atque  
opibus antistant conspicie-  
ris: vestem quidē huiusmo-  
di geres (ostendens suam, ge-  
rebat autem admodum splé-  
didam) magistratu verò pri-  
mōque confessu dignus exi-  
stebat proficisci, etiam in  
aliena terra non ignotus, nec obscurus eris. Talibus ego  
te ornamenti insignem reddam: ut te aspicientium

τοι, τὸν οὐκέτον μετίστας, δεῖξεν οὐ  
τῷ δεκτούλῳ, ὃντος ἐκεῖνος λέγων.  
Ἄλλη παπυρίδης αἴσιοι τῷ, καὶ τὸν  
φίλον, εἰ τοῦτον τὸν οὐλευκόντα  
λαμβάνειν, εἰς σὲ πάντες ἀποθλέ-  
ψαντας τὴν πόλιν τοῦ λέγον τοῦ χριστοῦ,  
περιχώτες οἱ πολλοὶ ἀκούοντας,  
διαμέλεοτες, καὶ ἐνδιαιμονίζον-  
τες σε τῷ λόγῳ τῷ διωάμενος, καὶ  
τοπίον τὸ ἐνπολίμας. οὐδὲ λέ-  
γοντος αρχαὶ αὐθαίρατοι γέγονται  
τοις ἔξι αἰθρόποτοι, τοῦτο οὐ πε-  
πειπόντος καὶ τὸν λέγοντας ὅτι τοῦ  
τοῦ ἀπόλυτος, ἐπειδὴ πάντας οὐκαν-  
τοῖς πεπειπόντες, καὶ προσο-  
μοῖτον τοῖς ἀείστοις. οὐδὲ τῷ Δη-  
μοσίου ἀκείνοις, πάντοις οὐκούνται,  
τῷ πλίνον ἐπόστοντος οὐρανῷ Αἰγα-  
λίῳ, οὐ πομπανισπιας οὐδὲ λέγονται,  
ἀλλ' οὐκαντοῖς διέμε φίλοι πόποις  
ἰστρέπονται; οὐδὲ Σωκράτης, καὶ  
εἰπὼν τὸν τῇ ἐρμογλυφικῇ ταῦ-  
τη βρέφεις, ἐπειδὴ τάχαρε σωπ-  
παὶ τὸ κρίθιον, καὶ δερπατίνος  
πράσινος, πότομόλοντος οὐδὲ μή,  
ἐξεύτεις οὐ παρεῖ πάντοις φάσταις;  
εἰς δὲ αὐτοὺς πλαικούτοις, καὶ  
ποκίτοις αὐτοῖς εγγέγεις, καὶ πράξεις  
λαμπτεῖς, καὶ λόγοις σημεῖος, καὶ γῆ-  
μα ἐνταρτίτες, καὶ πιπίλι, καὶ σόξεις,  
καὶ ἕπαινος, καὶ πρεσβεῖδαι,  
. decorum, honorem, famam ,

vousquisque proximè asta-  
tem impellendo commo-  
nens, digito te demonstret,  
atque hic ille est, dicat. Iam siquid magni momen-  
ti, vel ad amicos, vel ad ci-  
uitatem universam perti-  
nebit, omnes in te oculos  
conuerterent: tum siquid dix-  
eris, plerique hiantes aus-  
cultabunt, admirantes &  
predicantes te beatum ob-  
dicendi vim, tuūnque pa-  
trem ob prolis felicitatem.  
Et quod aiunt, ex homini-  
bus aliquos immortales  
reddi, hoc tibi conferam.  
Nam postquam ipse ex hac  
vita decesseris, nunquam  
defines conuersari doctis, &  
consuetudinem habere cum  
optimis quibusque. Demo-  
sthenem illum vides, cuius  
filius fuerit, & quantum e-  
go eandem reddiderim. Vi-  
des & Aeschinem, qui tym-  
panistriz filius erat, attra-  
men propter me etiam Phili-  
ppus rex illum coluit. Ip-  
se quoque Socrates ab ista  
Statuaria educatus, sicut  
atque meliora intellexit, illa-  
que relicta ad me trans-  
fugit, audis ut nunc ab om-  
nibus decantetur? At si reli-  
queris tātos talēsque viros,  
res adeò splendidas, oratio-  
nes tam graues, habitū tam  
laudem, primos confessas.

καὶ θεάμεν, καὶ αἴχας, καὶ τὸ  
ἔπιλόγον εὐδοκιμεῖν, καὶ τὸ ἔπι-  
σωτος εὐδαιμονίζειν, χρήσιόν  
τη πιασθεῖν εὐδοκίαν, καὶ γῆμα δουλο-  
φεπτίς αὐτοῦ, καὶ μοχλία, καὶ  
γλυφεῖα, καὶ κοπία, καὶ κολαπ-  
πηρας εἰ τοιούτης, καὶ το-  
νευκώς εἰς τοῦρον, χαραπ-  
τής, καὶ χαραπήλος, καὶ πάτη-  
τρόπην ταπινές. αὐτούποιος ἐ-  
μέποτε, εἰδὲ αὐτοῦ πόλεις, εἰδὲ ε-  
λεύθερον εἰδὲ ἀποστολήν, ἀλλὰ τα-  
μνέργα σπῶτες ἄνρυθμα, καὶ εὐ-  
δαιμονα ἕτερα σοι περιγράψω. σπῶτες ἐ-  
άντος ευρύθμος τε, καὶ κοσμίος  
τοῦ, οὐκίσα περιπτώκας, ἀλλ' ἀ-  
πιστερον ποιῶν σταυτὸν λίθον.  
Ταῦτα ἐπιλεγόντος αὐτοῦ, καὶ τοι-  
μένας ἦχο τὸ τέλος τὸ λόγου, α-  
νατάσις ἀποφνιάλειν. καὶ τὸ ἄμφορ-  
φορ ἀπείνειν, καὶ ἐργαπτικὴν ἀπο-  
λιπών, μετέβανον τοὺς τὸ παι-  
διαν μάλα γεννήσεις, καὶ μάλιστα  
ἐπί μοι καὶ εἰς τοῦ οὐλέων οὐκε-  
τάλη. καὶ οὐ πληγαὶ εὐθὺς ἐ-  
ἔλιξας αρχαιών μοι χθες εὐ-  
θύνατο. οὐδὲ, απολειφθεῖσαι, τὸ  
μὲν περιστον οὐγανάκτει, καὶ τὸ  
χεῖρα συνικρέτη, καὶ τὸν οὐδόντας  
εὐέργεις. τέλος ἐτραπέζης Νιό-  
βης ἀκούομεν, ἀπεπίγεις, καὶ  
εἰς λίθον μετεβέβλητο. τι δὲ

potentiam, imperia, deni-  
que & illam, quam ex di-  
cendo consequēris glori-  
am, & qua te omnes ob pru-  
dentiam p̄ædicabunt, fœ-  
licitatem, tuniculam sordi-  
dam indues, habitumque  
seruilem assumes, vētes,  
caela, celtes, scalpra p̄æ-  
manibus habebis, deorsum  
inclinatus in opus, humiliis,  
humiliaque tentas, omnibus  
denique modis abiectus.  
Nunquam autem caput eri-  
ges, virile nihil, liberumque  
cogitabis: sed tantum pro-  
videbis, ut opera tua suis  
numeris & decore absoluta  
reddantur; at ut ipse con-  
cinnus & ornatus incedas,  
minime curabis, imo faxis  
ipfis contemptorem te red-  
des. Nondum hæc dixerat,  
quum non expectato sine or-  
ationis, surgens sententi-  
am pronunciaui: & relicta  
illa deformi & operatrice,  
ad Humanitatem læto ani-  
mo transiui, eoque magis  
quia mihi venit in mentem  
scutica, & plagæ non pau-  
ce quas mihi pridie artem  
auspicanti staum ab initio  
infixit. Tum illa relicta pri-  
mū indignabatur, manusque  
complodebat, ac dextib⁹ in-  
frēdebat: tandem quemad-  
modum Nioben audimus,  
ita hæc quoque diriguit, &  
in saxum mutata est. Quod

περιέδητα ἔποις, μὴ ἀπίστοντες.  
Σαμαριταῖοις τὸν οἶνον εἶπεντες. οὐ  
ἴστρες δὲ τούς με ἀπέδιυον, τοι-  
γαρεῖν αἰματοφερούς σε πόθεν ποστε-  
τῆς διηγούσωντος, οὐπολοῦς τῶν Α-  
δίκων ἐδίδραξεν. ταῦτα δὲ οὐδὲ,  
ἀπέδητοι τούτου τοῦ χρυσάτος, δι-  
ξαντον τοῦ μανιστήρεων ἄποιναν  
τῶν, τῷ Πομασῷ ἐπικότου, οὐ-  
τοὺς οὖν οὐτε καὶ πλίνχον μὴ αἴσ-  
ται θορυβών, αἰγαλονούν ἔμελλεν.  
ιπέτηδες δὲ αὐτοὶ οὐδὲ, οὐδὲ, φλαστοί,  
καὶ νοστιμοί ζεοντες. αἴθετος δὲ τοῖς οὐτο-  
ῖστροις ἀπό τῆς Λαρη-  
πίδης, ταῦτα δὲ οὐδὲ, ταῦτα δίμους, ταῦτα  
τοῦ Τριπόλεμος ἀπεστέρων  
πέτητο γενεῖ. οὐκέτι μάρτιοι μέ-  
μπιμαι οὐ, τὸ ποτε στερέμδυον ἀπε-  
τοῦ λόγον, φλακὸν τοῦτο μόνον, οὐπο-  
τέστοις αὔροβούτες οἱ αὐθεντοί,  
ταῦτα δὲ τοῖς οὐτοῖς οὐτοῖς, ταῦτα  
τοῦ θυμιτοῦ τῆς πλήσιαν, παρέπεμ-  
πον. Μίκανος δέ μοι τὰ ποστάτα,  
καὶ μὲν τοῖς ἐπιστροῦσιν ἀνέλυοις,  
τοποιήσαμεν οὐδὲ, οὐκέτι τῶν αὐ-  
τῶν οὐδὲτε οὐδικοὺς ἐπεδειχότα,  
λιγὸν αἴροπτάμυνος. ἀλλ'  
οὐαὶ οὐδέκουντος ἐπιτερψός πε-  
τεράκετον. καταλαβοῦσα οὐδὲ  
τοῦ πατέρος ἀστρα,

si incredibilia passa esse vi-  
detur, ne miremini: miran-  
da enim sunt obiecta som-  
niiorum. Altera autem oculi  
lis in me conversis, proinde,  
inquit, iustitiam hanc tibi  
rependam quoniam causam  
hanc recte iudicasti. Iam  
veni, currūmique hunc ac-  
cende (ostendebat currum  
qui ab alatis equis Pegaso  
similibus trahebatur) ut vi-  
deas qualia & quanta igno-  
raturus fuisses, si me non se-  
cutus esses. Ceterū post-  
quam ascendi, hac quidem  
agitare & aurigari cœpit.  
Ego verò in sublīme subla-  
tus, ab oriente incipiens,  
ad occidentem usque con-  
templabar urbes, gentes,  
& populos, qualis Tripto-  
lemus, in terram aliquid  
spargens. Verūm non am-  
plius memini quid esset il-  
lud quod spargebam: nisi  
hoc solum quod homines  
me sursum aspicientes lau-  
dabant, & ad quoscumque  
volando perueneram, illi  
me cum fausta precatioне  
deducebant. Porro cùm mi-  
hi res tantas, & me laudan-  
tibus illis comonstrasset,  
iterum reduxit, non ampli-  
us illa veste indutum, in qua  
auolaueram: sed in eleganti  
cultu mihi videbar redire.  
Itaque patri, quem stantem,

χαὶ τειχίωντα, ἐδίκαιη αὐτῷ  
ἔκπλισ τὸν ἄδητον, καὶ μὲν οὗτος  
πάχειμα καὶ πρὸς τὸν θερμόν τὸν  
μακροῦ δέντι τοι εἶμον ἀβούλεύ-  
σατο. ταῦτα μέμνημας ἴδων, Α  
πόπομψ ἔποι, ἐμοὶ δοκεῖ ἐκ-  
περγάχθεις τούτος οὐ τοῦ πληρῶν  
φόβον. μεταξὺ δὲ λέγοντος, Ηρ-  
αλήγε ἔφη τοι, οὐ μακροῦ τὸν οὐκτό-  
νον, καὶ διηγούκον. τοτὲ ἀλλος Β  
νεόχροος, χρυσερὸς ὄντος, ὃν  
μεντεστέοντοι αἰγάλετες· οὐ ταχατε  
στιλατερεγες ἀστροφοὶ Ήραλῆς καὶ  
αὐτοὶ θεοί. τοτὲ δὲ οὐδὲ ἐπῆλθεν αὐ-  
τῷ ληρῶν ταῦτα τούτος θραῦς, Κ  
αὶ μυθῶνται πειδῆς νυκτὸς,  
καὶ ὄντερον παλαιῶν, καὶ πόλιν γε-  
γερεσκότων; ἕωλος γότθι πυργολο-  
χία. μὴ ὄντερον πυρῶν οὐμεῖς γένο-  
κετές πυρας ἔρειληφεν; οὐδὲ γα-  
δεῖς γέδει γότθι Ζενοφῶν ποτε διη-  
γόνυμνος τὸν οὐκτόνον, οὐδὲ δόκοι  
αὐτῷ καὶ οὐ τῷ πατρῷ αεικά, καὶ  
τὰ ἀλλα. τοτὲ γότθι οὐδέκειτο τὸν  
οὐφίγ, οὐδὲ οὐρανοφείρη θύγακος Ε  
αὐτὰ διέκειται ταῦτα οὐ τῷ πα-  
τέρῳ, καὶ απογονώστραμμάτων,  
περιεσώντων πλεύσιν. ἀλλά  
πατέρι γένοιμου εἴχει οὐ διῆγοτε·

& me expectantem depre-  
henderat, vestem illam, &  
me qualis venirem osten-  
dit, cùmque submonuit, quā  
parum absuerit, quin mini-  
mè digna de me cum ami-  
cis statuisset. Atque hæc  
quidem memini mihi visa,  
puberem ætatem ingresso,  
& recenti plagarum metu,  
ut puto, perturbato. Sed  
interea dum hæc dicuntur, &  
Hercules, inquit quispiam,  
quād longum hoc somnium  
& iudiciale est. Alius de-  
inde obloquens: Hyemale,  
inquit, est somnium, quoni-  
am noctes sunt longissimæ:  
aut fortè trinoctiale quem-  
admodum ipse Hercules.  
Quidigitur illi in mentem  
venit nugari talia nobiscum,  
mentionemque facere pue-  
tilis istius noctis, somnio-  
rumque veterum, & ætate  
iam obsoletorum: futilis est  
omnis frigida oratio. Num-  
quid nos somniorum inter-  
pretes esse duxit? Nequa-  
quam δ bone. Neque enim  
Xenophon hoc putauit, quū  
olim exponeret somnium,  
quo pacto ipsi visum fuerat  
in domo paterna, & dein-  
ceps. Noctis enim ut visio-  
nem suam, non ut coniecta-  
tionem, neqne quòd ita nugari statuisset, narrauit, præsertim  
in bello & summa rerum desperatione constitutus, circumstâ-  
tibus hostibꝫ: sed quòd utilitatē quandā haberet illa narratio

τοῖς πάντας καὶ γένες τοῦτον ὄντας  
ιδοὺ μηχανῆμα σκέψου θυμα,  
ἔπειτα τὸν αὐτὸν τὴν βίαν ποτε  
τύπτει, καὶ πειθόεις ἔργονται.  
τοῖς μάλιστα τοῖς αὐτοῖς τοῖς  
τοῖς ἀποκλίνει, τοῖς τὰς ἀγρυπνίας  
διατρέπειν. Σπέρρων δύνασται τοῦ οἴ-  
δι ὅτι πρότερος αἰσθόντος τῷ μύ-  
θῳ, ικαρὸς ἐκτοῦ προσέδημα  
τοῖς πρεσβυτέροις, εἶπον οἶος  
μὴν, τοῖς τὰ καλλιτεχνίην,  
τοῖς παιδίσκοις ἐπεθύμησε, μισθίν-  
τω τόπον, οἷος ἢ τοῖς ύμας ἡ-  
πειθελάνει, εἰ καὶ μισθὼν ἄλλο,  
εὐθὺς γάρ τῷ λαζαρύφειον ἀ-  
δέσποτες.

Proinde etiam ego somniū  
hoc vobis exposui, nimisq[ue],  
ut adolescentes ad meliora  
conuertantur, & literarum  
studio teneantur: maximè  
siquis ipsorum præ inopia  
peius de se statuit, animū-  
que ad deteriora inclinat,  
ingenium nō illibetale per-  
dendo. Confirmabitur enim,  
fascio, talis quispiam, vbi  
B sermonem hunc audierit, me  
sibi sufficiē exemplum pro-  
ponēdo, & cogitando qua-  
lis esse, quum ad optima  
animū appuli, & literarū  
studia appetiui, minimè ob-  
eam, in quantum eram, pa-  
pertatem animo fractus: de-  
inde qualishuc ad uos redie-  
rim: qui etsi nihil aliud, nul-  
lo tamen statuariorum isto-  
rum obscurior euasi.

ΠΡΟΣ ΤΟΝ ΕΙΓΟΝΤΑ  
πρεμθεύς εἰ τὸ λόγοις.

Contra eum qui dixerat  
Prometheus es in  
verbis.

## A R G U M E N T U M.

Apologetia quadam est contra eum, à quo Prometheus in verbis  
appellatus fuerat, que quantum hanc collationem in se admittat,  
& quantum non, cum acerba quadam regestatione, responderet. Ut  
autem in superiori narratione somniū, generū, educationi, ac studiorū  
suum rationes exposuit, ita hic videtur distinctionem & dicendi gen-  
sus suū quale, & ad quod exemplum comparatum esset, indicare uile-  
sse. Nempe, quod ad materiam & res artinet, Comædiæ: quod an-  
tem ad compositionem & ipsam orationis figuram spellerat, Dialogos,  
quales scilicet Platonis sunt, sese imitari.

τοῦ θεοῦ ἱκοῦ Περμιδίας μετ' εἰ-  
σιν τοῖς φησι; εἰ μὲν καὶ τοῦτο  
εἰπεῖν ὡς αριστός, αἱς πλέισται  
κάμπιοι τῶν θεῶν ὅντων, γνωσίων  
τὴν εἰκόνα, καὶ φημὶ ὅμοιος τίνας οὐκ  
αὐτῷ, οὐ δὲ αὐτούργητο πλε-  
πλάστος ἀκούειν, εἰ καὶ φαντάσ-  
τος ἐμοὶ ὁ πλάστης, οὗτος δὲ τελόδει,  
βορβορέος περ παρεγκείρει τὸν  
ὑπέρπετον τὸν λόγους θεούς σύνθετον  
ἐν μυχανούσι ταῖς, τὸ συνάντατον  
τὸ Τιτανών στοφημίζεις ἀντοῖς,  
ὅπερ μητὶ εἰρηνείαν φησι, καὶ μυ-  
τῆρα δίον τὸν ἀπίκον, περστήνας  
τῷ ἐπάνω ἡ ποθεντὸς ἐν μυχανούσι  
τούμοντος δὲ τοιτὶ σοφία καὶ  
προνήθεια εἰς τοῖς χάρακαστους; οὐδὲ  
ἔμοιτε ἵκανον, εἰ μὴ πάντα σοι γνι-  
γναῖδος εἰς, μὴ δὲ κομιδῇ ἀξία τοῦ  
Καυκασοῦ. κατότι πόσῳ δικαιότερον  
εγνόμενος δὲ εἰνδιλοίστε τῷ Περ-  
μιδεῖ, ὃ πόσοις δὲ δίκαιος ὄντος  
μῆτρα, ἔντελον τοιούτων  
τὸν ἀγώνας; ζῶτα οὖσαί δὲ αἰ-  
δοῖς, καὶ ἐμπλυχαίμην τὰ ἔργα; Εἴ  
καὶ γὰρ Δία, καὶ τὸ θερμὸν ἀν-  
τοῦν οὗτον διάπνεσθαι. καὶ τοῦτο δὲ  
ἀποικιστεῖ. αφίεινος δὲ τὸν

supra ipsa tempora attol-  
lunt, grauium verborum  
insolentia indoctos pascant.  
Amori enim deditus fuit So-  
crates, si quisquam alius, &  
A sub uno codémque pallio  
cum eo cubans Alcibiades,  
non intactus surrexit. Ac ne  
mireris: neque enim ab A-  
chille Patroclus amabatur,  
B eatenus ut ex aduerso illi se-  
deret Μακιδηνός expectans,  
dum cantus finiat ille. Sed  
erat & illorum amicitiae me-  
diatrix voluptas. Cùm igitur  
Achilles Patrocli morte  
gemeret, parum custodito  
affectu in veritatem erupit.  
Femorum & tuorum fau-  
cta conuersatio melior.  
Illos verò qui apud Græ-  
cos comastæ vocantur, ni-  
hil aliud quād manifestos  
amatores existimo. Fortè  
dixerit aliquis hæc dicta  
esse turpia: at per Gni-  
diam Venerem sunt vera.  
Lur. Nec te feram, chare  
Theomnesto. aliud prin-  
cipium tertij sermonis po-  
nentem, quod audire fe-  
sto solū die pat est:  
cetera verò procul à meis  
auribus amandare. Sed o-  
missa diuturniori mora, in  
E περίλλογη πλεῖστος χρόνος, οὐτε

ἀγρεψίς εἰσαμένη. οὐδὲ γέ εἰκός  
θέται, υφασμάτις τῷ θεῷ τὸν  
πυρόν. οὐ δι' αὐτοῦ ἀτερπτὸς οὐδὲ<sup>A</sup>  
δία, τὸν δὲ Οἴτη παρεῖ  
ταυτομοιώσαν τὸν περγά-  
ταν.

forum exeamus. Verum  
enim est Deo iam accesi-  
rogum. Nec iniucundum  
est illud spectaculum quod  
ea commemorat pater-  
tibus, quae in Octa pul-  
erunt.

Τύλος περόπου τῆς Λευκαρᾶ  
μήρεως.



# ECCLAMATIO D. ERAS- MI ROTERODAMI, LVCIA- ni Tyrannicidæ respondens.

## Argumentum.

Iusdem generis hæc cum Tyrannicida, eiusdemque statutus est, sed aduersaria. Ut enim illuc contenditur præmiū dandum tanquam tyrannicidæ, ei qui filium tyranni interficerat: ita hic negatur cum satisfecisse legi, aut tyrannicidum esse, qui non ipsum tyrannum, sed filium tyrant occisset. Exordio benevolentiam captat, à persona Iudicium, einde calumnias aduersarij, quæ in suspicionem adductus erat, quasi ipse quoque tyrannidì faueret, quia illi præmiū dandum negabat, respondet per abolitionem primùm, deinde & per inficiationem ex locis conjecturalibus, eleuata iterim illius persona, atque ipso vicissim in suspicionem, ex irodo actionis vocato. Post exordium propositio sequitur cūttentione, & admonitione Iudicis, quorsum in hac caussa maxime spectare debeat, atque inde ad confutationem veniur. In qua primùm refelluntur ordine capita illa, quæ alter in arguento ab imo ad summum tractarat, puta Voluntas, Conatus, Effectus. Ac voluntati quidem opponit voluntatem legis, ut quæ non quid quisque voluerit, sed quid effecerit, spectet, neque cogitationes, sed facta præmis compenseret. Conatum vero eleuat varijs ac multis similibus & exemplis, ostendens in nullo pacto, aut contractu, aut certamine, aut alijs denique id genus rebus satis esse, covari aliquid & cœpisse, sed præstari oportere. Effectum conditiones sequi, non conatum. Et quod alter etiam conatum in legibus spe-  
ctari dixerat, id distinguit, ostendens diuersam esse rationem præriorum & pœnarum. In maleficijs interim & voluntatem puniri, in beneficijs autem nunciam præmium dari; nisi ei, qui quod lex proponit, re ipsa effecerit. Postremò & pa-  
triæ gratia inseruit ac officium præstare ciues debere & il-

Y y y

lum iuris mercedis pro cœnatu suo retulisse, laudem & cœnatum. Effectum autem resellit, quia non simpliciter id esterit, quod lex iubet, sed fortuna seu nomine ita ferent. & deinceps filij mortem patris consecutam esse. Non enim quod sius gladio tyrannus postea scipsum consecerit, ob id quod hoc factum esse. Deinde etiam incertum fuisse exitum, & quod dnam pater, occiso filio facturus fuerit, & hic confite quoque petituris subuestit, primò ut incertum & penitus, neque certis rationibus firmatum, deinde eum ratiōnālē, & post eventum rei, demum simulatum. Denique idem esse occidere, id quod lex iubet, & mortis caussam problemacunque præbere: idque iterum multis similibus probat. Atque hoc loco disputationem suprà cœptam renouat, & eo quatenus voluntas in legib⁹ spectatur, & in quibus pœna sufficiat, nempe in maleficijs & non in beneficijs, & ob id neque hic pœnum illi deberi, ut qui cœperit, non absolvatur beneficium. Confutatis igitur hoc pacto voluntate, tenore & effectu, quarto loco id aggreditur, quod petitur in narratione potissimum amplificat, puta filium fuisse caput & caussam tyranni: dicit, cōque sublat⁹, etiam tyrannidem sublatam fuisse. Ac primò quidem filium ostendit non fuisse sublatum, neque tyrannidis caput, confutatis signis, & ceterationibus: quæ alter ad eam rem probandam adduxerit. Deinde, ut maximè fuerit, legem iubere ipsum tyrannum, sive ut quisque tyranne similis, aut nocentior etiam est, occidere. Et hic multis verbis de autoritate legum disputat, & quod non temere verba legum hue aut illuc deflectenda sint, pro qui multa pericula & incommoda ex eo securuta esse. Postremò etiam ipse locum ab imo ad summum tractat, & natus voluisse, egisse, effecisse se dixerat, ita hic contraria agressum esse, neque denique id quod lex iubet, perfecisse ostendit. Et sub hac orationem concludit, breui capitulo repetitione, & conformatione seu prosopopœia, legum, rebus publ. & deorum quoque expostulantium cum petitore, iniquè & præter meritum, pœnum petente.

I mihi causa hæc Iudices, apud concionem  
 populi quæ studijs potius, quam exacto  
 S erum iudicio duci consuevit, eslet agenda, ac  
 non magis apud Iudices ex honestissimis or-  
 dinibus delectos, nimirum grauissimos sapien-  
 tiasque, non nihil profecto veterer, ne omnium animis  
 a hac & insperata lætitia gestientibus, atque (ut ita di-  
 ) exultantibus, nec satis attentos, nec dociles essem au-  
 res habiturus. Porro fauentes, benevolentique multò mi-  
 : quippe qui frontem modo, quasique personam huius  
 otij intuentibus, non faciem ipsam propius contem-  
 titibus videri fortasse possim, in communis totius civitas  
 audio, tum autem in causa tam populari, velut impor-  
 tus obstrepete atque obturbate. Enimvero quum om-  
 affectus inutilis est ad rectè iudicandum, tum ingens,  
 imperans, atque exundans lætitia, non solùm iudicium  
 ne funditus tollere solet, verum etiam nostri sensus non  
 nobis eripere: præsertim (si quemadmodum hæc no-  
 post graves diluturnaque calamitates, ac veluti tempe-  
 rem levissimam repente præterque spem ( quasi portus  
 lam) fuerit obiecta. Quid autem tam acerum liberæ  
 titudini, quam seruitus: Quid tam dulce, quid tam exop-  
 in, quam libertas? Itaque non rebus modo ipsis, sed vel-  
 ibus harum rerum, voculis, plebis auribus  
 at ad quidlibet impelli: maximè primis his ali-  
 diebus, dum gaudiorum adhuc velut æstus  
 lam impotens, omnia sursum ac deorsum mis-  
 , dum lætitiae temulentia, dum gratulandi dul-  
 quædam ebrietas pectus occupans, animum ad  
 itandum instituere non sinit. Verum vestra Iudi-  
 singularis sapientia perspicacitásque non hoc tan-  
 i scrupulo me leuat, & verum & hanc mibi fidu-  
 n suppeditat, uti sperem futurum, vt hoc  
 tradicendi munus, quod equidem nec inviden-  
 , nec fauore in Tyrannidein ( sicut ille calumnia-  
 at) sed solita mea, & ( ut opinor) nota Reiz  
 charitate suscepit, vobis nou modo non in-  
 iorum, sed fauorable, plausibilisque videatur.  
 nim postquam videtur manifesta quadam Deoz  
 benevolentia, post diuturnam ac miserrimam

illam seruitutem, toties Reip. votis expeditam libertatem aliquando contigisse, nihil prius curandum nobis iudicauit, quam ut gratis nos exhiberemus in eos, iebus nobis tam egregia felicitas esset profecta, quod veteris munus suum hunc virbi proprium, perpetuumque facerent, & constabiliere, tuisque quod largiri non essent potius, meminissetque iisdem in manu esse, ut et per eum optantibus dedissent. Sunt autem vel primae studinis partes, intelligere videlicet, cui beneficium accepte ferre debeas. Et hac una ratione mortales diuinae beneficiae gratiam tesserre possumus: si beneficium acceptum agescamus: si celebremus, si ad illos authores referamus. Nec mihi committendum putavi, ut dum nimium candidaturem esse volumus, in deos ingratii impijque reperiamus. Neque enim isthac nomine nunc perinde laboratur, ne hoc præmij pereat æterno, & huius lucris accrescat (quoniam et quoque longa iam tyrannide exhaustius est, quam ut a temere dari præmia conueniat imberentibus) Illud ergo, ne dij immortales, qui huius male consulta, nobis veritate bene, hoc tantum manus à nobis tanquam ingratissimo cant, si quod ipsis solis debetur honoris, laudis, gratiarum, fraudatis, in hominem contulerimus. At quem bonum obsecro? Nempe qui quum priuatus contra leges recesserit, atque hac temeritate sua restitutæ libertatis periculosam occasionem modo præbuerit, idque adeò impudens (vti mox docebintur) non yetetur pulcherrimas et fannicidæ titulum dijs etipare, sibi arrogare: Reipublica dicere, ac leges ipsas in ius vocare: ciuitatem ingratitudinem agere, nisi sibi totam hanc felicitatem ferat acceptam. Nullum quidem iudices facinus speciosius tyranneus, nullum dijs dignius: verum hoc impudentior, qui libidinam eximiam usurpat imberitus. Nullum præmiata honestus illustrius, quam quod tyrannicidæ debetur. Sed hoc impensis accuratiisque spectandum, ne temere decernatur indigno. Per multa siquidem, permulta ad id requiruntur, hoc tam egregio titulo, ut hoc tam diuino præmio dignus esse videatur: quorū nihil in hunc cōpetere, pauloq[ue] euincemus. Proinde cum non tolerande improbitatis videatur, qui legibus tum homicidij, tum temeritatis petat debeat, eum à legibus prædictum omnium maximum petat

tere dixi, imò flagitare: & ita flagitare, vt etiam si vnum  
 huius arbitrio dependentint, tamen multa insuper isti cre-  
 tori sint debituræ. Quæ cuncta quum postylate iure po-  
 sisset: maluit tamen homo verecundus, vnico persoluto,  
 liqua sibi deberi vt haberet nimis, quod obnoxie Reip.  
 ioties libido sit, possit improperare. Tum illud vtrum risu  
 trius, an odio dignum existimem, quod in tribunalibus,  
 sed apud ornatisimum seuerissimorum iudicium coes-  
 sm. Thrasonem quandam nobis è comedia retulit? Sensi-  
 is iudices, vt è corona plerique risu tenere nequietint,  
 um personatus iste Hercules tragediam illam suam nobis  
 citabat: de fese terque quatérque tyrannieida, de sapiente  
 lo gladio commilitone suo, qui per se prudens senem in-  
 remit: digno videlicet, qui inter sydera collocetur, domino  
 deorum numerū relato. Dij boni, quibus phaleris, quibus  
 icis, quib⁹ ampullis facin⁹ illud nobis suū ornauit, iactauit,  
 xaggerauit: quām militari iactantia, quām Stētorea voce,  
 uām fastuoso vultu, quām arrogantibus supercilijs, quām  
 upidis oculis, suum ipse vobis encomiū detonabat? Quæ-  
 o Iudices, vt etiam nunc hominis yustum diligenter atten-  
 latis: nonne vobis minitari yidetur? nonne dicere: ni milii  
 ræmium decreueritis, haud feretis impune, incolumi diui-  
 nio illo meo, ac fortissimo gladio, qui vel sine me, meas vices,  
 sibi lubebit, aucturus est. Quis tandem istam ferat iactantiam,  
 vel in eo, qui verè tyranum occidisset? Hæc quoque me  
 caussa Iudices (neque enim inficiendum est) commouit, vt  
 huius obfisteret petitioni, vel magis, vt immoderatam arro-  
 gantium, vt odiosam huius imputationem retunq. rem. Vi-  
 debam iam inde ab initio, quum certatim vniuersa ciuitas  
 dijs libertatis authoribus grataretur, vt hic fese ira tumens  
 in medium ingescerit, quām indignè tulerit vi etimas dijs  
 seruatoribus immolatas. Sibi hunc honorem eripi, fese vni-  
 cum esse restitutæ libertatis authorē proclamabat, leges, a-  
 ras, focos, omnia publica, priuataque, sua dextræ, suo ma-  
 gnifico gladio deberi. Agite quid futurū derique Iudices au-  
 guramini, si id ad huius intolerabilē iactatiā, vestra authori-  
 tas vestra cōprobatio, si premiū quasi pign⁹ accesserit? Quid,  
 nisi vt tyranno submoto, alter quidam hunc ciuitati paretur,  
 qui ventosæ linguæ, gloriæque quasi tyrannidem quandam  
 exerceat? Qui quotidie nobis odiosam istam suam tragœ-

diam ingerat, quotidie dextram istam Herculanam & gaudium prodigiosum minitetur? Virum est hoc Iudices tyrannide liberari, an mutare Tyrannum? Videris ipsi cuncti inimici fronte me iam obtueatur. Quid mibi succedit? Quid minitatis oculis? Quid terres superciliosus? An te non licebit libertate in contradicendo (tuo scilicet maxime) tri, quum tu sic abutaris qui liberum tibi futaris (id est etiam in proscenio leges fieri vetani) crimen tam atrocior, tam capitale in cibem impingere, tantum quia libuit, idque pudenziis Iudices iratos, in tam frequenti ciuium corona, eam nequeas vel levissimo confirmare argimento. Significasti quam reliqua gloriouse, tam illud impudenter dicebas, nam nullam fuisse causam, quare tibi contradicendi partes sed ciparem, nisi quo tyranni necem, quae me discruciassem sciret, vlcisceret. Quo quidem tuo exemplo si vicissim tu liberet utrum, mox intelligeres quam atrocia, quanto probabilius in te possint retorquieri. Nam tuuin istud tam audiosum (quemadmodum tu quidem existimabas) ex vicium, me longe minus, etiam territabar, quam (quod valgo dicunt) ex pelvi redditum fulgor. Etenim praterquam quod neque affinitas, neque cognatio, neque necessitudo, neque emolummentum, neque prouersus alia res ultra mibicos tyranno intercessit, cur mea referret isti sumini vivere, sine quibus rebus nullam in quenquam criminis hæc supplicacionem, tu quoque scires, nisi nūquam tribunalia vidisses, ac si hodie deuium te lucelli spes fecisset iureconsultum: tecumdem arbitror meā similem, integratatem, pietatem, rotunditatem vitam sic huic Reipub. spectatam esse, ut isto criminis tibi potius improbitatis odium, quam mihi suspicionem in laic conciliaris. Vides quam multis adductus sum causis, ut tibi obfisterem? Denique si scire vis bona ciuium pars inter enixissime flagitauit, ut sui patrocinium aduersum te capesserem, negantes sibi videri tyrannide libertus esse, nibus ei tyrannicidæ premio deiicerem. Non quod pudeat homini debere hanc felicitatem: tametsi id quoque durum, ei debet qui sic imputet. Sed debere arrogantis, sane quam molesta est: at debere cui non debeas, istuc verò non grauissimum modum, verū etiā stultissimum. Equidē ne leoni quidē, vel verbo refrigerer, si modō is promēreatur: sed obnoxius esse tā importuno imputatori, tum qui nihil huerit, id verò bis miseretur,

is stultum est. Nullus enim insolentius exprobrat beneficium, quam qui quod non dedit, id vult dedisse vide: i. Sed nge mihi nullam esse causam cur tibi me opponere, nisi via sic animo lubitum sit meo, profecto nihil habes quod nisi iure succenseas. Etenim quum apud Iudices tam sanctos agatur, si verè præmium meruisti, non tibi honorem cipio, verùm etiam vehementer illustro, quando non paulò magnificenter est tyrannicidæ præmium euicisse, quam ulisse. Sin minus, æquis veniam dabis, si boni ciuiis fungor officia, si nullo meo emolumento Remp. debiti præmij tecum defendo, si stultitiae crimen, si imprudentiae infamiam à ciuitate depello, si nō sino, ut nostro omnium periculo hæc vrbs n̄ eos existat ingrata. Postremò si deorum immoitalium ausam ago, quibus honorem debitum tu conaris interuerere, vt vel hinc sat lqueat, quanta religione reliquam causam egeris, qui statim ingrediens tam impudenter sis cauillatus: Contradicit igitur, contra Remp. fauet tyranno. Quanquam ego illud quoque liberæ ciuitatis esse iudice, ioc loco vel tyrannorum causas etira fraudem agere liceat. Neque tamen à vobis postulo Iudices, vt vel mihi proposit in caussa hoc meum erga Remp. studium, vel huic ob sit tam insolens arrogantia: imò non depiccor invidientiae suspicionem, non refugio vel atrocissimam illam, quam iste mihi conabatur impingere, inuidiam, vt tyranus fuisse videar, nisi certioribus, quam ut à quoquā refelli possint, argumētis euinco, nisi demum & aduertatio persuaderet, modò ne te iuguleretur, ut quam maximè ciuitati quis agat, nullum ei deberi præmium. Sin exactius, severiusque, pœnā etiā ab ipso deberi. Quæ quidē dum quam potest brevissimè facio, quæso Iudices, vt me attentis animis atque auribus audiatis. Meministis Iudices, vt iste inter dicendum subinde nobis conatus sit ob oculos ponere, id vnum spectare iussit, quamvis malis tyrannide simus levati. Hoc passum inculebat, hac re bonā orationis partē occupabat, nihil nos aliud pendere voluit, nisi quod grauem seruitutem toleraremus, nunc optata liberrate frueremur. Nimirum id tantum vos spectare voluit, quod ad hoc iudicium nihil attinebat. Neque enim hoc in questionem venit, quam misera sit tyrannis, quam optanda libertas. Sed de illo cognoscitis Iudices, quam libertas huic vrbi sit restituta, quam hinc law.

dis portio huius virtuti debeatur, & an id quod evenit na  
huius factō conionctum est, idem cum eius merito con-  
statuī videri oporteat. Relegam autem eadem vestigia, q  
bus ipse in causā ingressus est, quod equidem refutat  
genus simplicissimū esse puto. sequarque partes illas, cetera  
iste rem secuit, id nimur agens, ut quemadmodum in-  
niosi coniuatores iisdem carnibus alio atque alio mē-  
coquendis, condicēdisque efficiunt, ut multa opsoniora  
genera videantur, itidem iste nobis ex unico homicidio  
multa faciat tyrannicidia. Repetam igitur ordine gradis-  
los, quibus iste facinus suum sibi visus est misericordia  
& in quibus identidem restitabat. Quod si me deturbaret  
vel in uno quolibet consistere poterit: tum ipse sele  
ctum pronuntiet licebit. Quot tyrannicidia, inquit, quæ  
mia? Primum quod volui, deinde quod conatus sum. Tu  
autem quod filium occidi plus quam tyrannum. Postrem  
quod pater ob mortem huius sibi necem consciuit. Princi-  
pio quod voluit Iudices, quis non leuius esse videat, quam  
sic refellendum? nisi quod iste tanta voce intonabat, totus in-  
culcabat, quod tyrannum voluisse occidere, atque id nū-  
hil iam accideret) tamen præmio dignum asseuerabat. Quod  
autem tam ridiculum, quam nudæ voluntatis præmium i  
ge flagitare? quæ adeò nihil ad se pertinere putat, quid reber  
aut in animo statuant homines, ut neque pœnam interrogent  
si quid velis modo perperam (neque præmium ostendant,  
quid officiosè velis: verum id unumquemque voluisse inter-  
pretantur, quod nulla vi coactus efficerit. Ergo, inquit,  
non magna facti pars est voluisse, quod quidem ardoris in  
bus vel solū sufficere solet. Recte sanè. Sed apud deos no-  
do: quippe quibus solis perspicuum est, quid nolis aut velis, ab  
his præmium expectandum, si quid præclarum animo con-  
ceperis. Lex hominum' vices agit, & quid in obscuris illi-  
sinuosis cordis specub' mortales agitant, adeò sua refente  
hil putat: ut non dicam abdita aut lūspicioſa, sed ne ea quidem  
admittat quæ populari sunt opinione famaque iactu.  
Postremò ut non nisi comperta recipiat, non audiat nisi que  
sunt certissimis argumentis deprehensa, probata, cuius. Ce-  
do, quod est facinus tam nefarium, cuius simplex voluntas  
crimen inquam est vocata? Ista iudicia Aeaci, Rhadamat  
et que tribunalibus seruantur. Hic mibi non quid voluerit?

sed quid feceris adferto. Quod si nulla lex vlli flagitio supplicium minatur, quod in animo statueris, quae tandem est impudenteria, pro merito quod praestare volueris duntaxat, perinde quasi praestiteris, à lege quasi præmium postulare? Quæ quidem quæ ad id unum sit comparata, ut maleficia vel deterrat, vel coercent, multoq; magis ad ei<sup>9</sup> partes pertineat, no[n]c tib[us] erogare p[ro]ximā, quām bene merentibus largiri præmia (id quod mox copiosius demonstrabimus) posteaquam in criminibus non accipit insimulationem meret voluntatis quæso te, in petendis præmijs ostentationem voluntatis admittet? Quis autem est ciuium vel quantumlibet ignauus, qui non velit tyrannum occidere, si tutò liceat? Quis non velleno, saltē emolumenti causa velit? Denique quis non facilè simulare possit voluisse se: videlicet quod præmium gratis auferat? Vis itaque dicam, quantum hec totum habeat momenti, voluisse occidere? Nempe perinde est, quasi te somniaris occidisse. Par parti pensari conuenit. Qui praestitit beneficium, ei lex beneficium rependit: at qui bene voluit tantum, ei quid debetur, nisi ut vicissim bene velit resp. I nunc, & hoc in gradu nos iube consistere. Rem tam eximiā, inquis, animo versavi, statui, decreui: an præmium negabitis? Non fraudaberis præmio, si isthuc nomine postules: verū illud interim præmij feres, velut homo nimium perfrictę frontis, irrisus, explosus, exhibilatus discedes, quem non puduerit id à lege postulare, quod ne leno quidem ausit à quoquam pettere, ut rem pro voluntate auferat, nemio tam vecors qui cedat, ut voluntatem nescio quam, hoc est, minus quām verba p[re]tio redimat. At non volui tantum, inquis: verū & periclitatus sum, ascendi, submovi satellites. Primum isthuc tu quidem consulte facis, quod de gradu illo desiliisti, in quoniam profecto incommodè stabas, quanquā ne in hoc quidem multò commodiūs constiteris. Nam etiam si paulò minus absurdum videatur, haud ita multò minus impudens tamē est, quum lex palam præmium decernat ei, qui factum praestiterit, te quod conatus modo sis, præmium poscere. Ergo-ne hoc quidem iuris erit apud te legibus, quod per illas est ciui priuato cum ciue priuato? Age quid si quis ciuium tecum injisset contractum, ita ut ille pecuniam stipulatus, ta conditionem pactus essem, mirum nō suo uterque periculo, atque in nouum praestita conditione, nummos his verbis

abs te petat: Cedo mercedem, conatus sum, tentavi, adhuc  
sum: an non protinus impudenti homini respondebis: Ceso  
conditionē? Nam de tuo conatu quid mea refert: quod de qua-  
dē effectum abs te pactus sum, nō conatum. Puta tunc ē re-  
bis tibi nunc respondere legem: Agnosco contractū, nō tra-  
to pacta: debeo præmium, sed si tu conditionem præstasti  
tyrannum occidisti. Verbis aut obligantur, aut absoluuntur  
homines. Si conato pollicita sum præmium, non gravare:  
dere: sin ei qui facinus peregrisset, quod tandem ius est refiri:  
re quod est stipulatus, me non ferre quod sum pacta? In po-  
vatis ac minutis cōtractibus nemo tam improbus inuenire:  
vt lucrum cōditione promissura postulet, non præstata con-  
ditione, nemo tam stultus vt det, si quis postulet: & tu à Rep.  
maximum omnium præmium postulas, quod conates modō  
sis? Nihil mihi nisi nugas adfers, donec illud vnum audiat,  
quod te præstare oportebat. Volui, inquis, ascendi, percep:  
custodias, submoui satellites, quantum iam est illud quodā  
perest? Quid adhuc desideras? Nēpe nihil in te desidero pi-  
ter illud, cui soli debebatur præmiū. An non intellexisti ini-  
stusmodi contractibus duplex esse periculum: quocum al-  
terum ad hunc tantū, alterum ad illum propriè pertinet.  
videlicet persoluendæ mercedis, & præstandæ conditionis?  
Ego meo periculo præmij dependendi onus recipio, neque  
tua referre putas, neq; refert quā angusta mihi res, vnde cor-  
radēdū quod debeā præciū. Tu itidē conditionē tuo suscipis  
periculo, neq; mea quicquā interest, quo sudore, quo pericolo  
sit ea tibi præstāda. Totā istā curā, totū hoc negotiū tibi re-  
linquo. Quod si ego iā præstata abs te conditione cōmemore  
tibi in agris meis malè prouenisse segetes, merces naufragio  
periisse, nihil auelli à malis debitoribus, nō sine graui dispe-  
dio confari posse pecuniam, quam tibi debeam, dic obse-  
cro, nonne nugas agere me dices, negans horum quicquam  
ad te pertinere? Hoc vno modo posse satis fieri tibi, si pecu-  
nia numeretur. Neq; quisquā est iudex tā iniquus, qui te invi-  
ti iure fateatur. Etmichi pulchrè satisfactū existimas, si tu mihi  
tragediā adferas, quātū adieris periculi, quātū sudorum.  
quātū vigiliatū exhausteris, dū studes præstare cōditionem?  
Res est(michi crede) calūniosior, scrupulohorūq; quā ut legib;  
tā occupatis cōueniat, alienā expēdere voluntatem, alienos  
peniculari conatus: quorū suos quisque nimirū soleat cestuta-

re, non suos difficile est adamussim p̄p̄dere. At facti, facilis est estimatio. Proinde ea in legi cognitione cadit; hinc reliqua omnia consuevit metiri. Tametsi non piget interdum æqui bonique rationem habere. Verū in his litibus, quæ de vetere illa formula pendent, inter bonos bene agier oportet: at in contractibus, quæ neque vi, neque dolo coierunt, quid est quod à p̄scripto recedatur, nisi quis velit omnino à partis discedere? Quid vis? Circunspice, & si potes v̄lquam inuenire exemplum, non nego p̄mium. Sæpenumero in pugilum Olympicis, sæpe in certamine spectator (opinor) sedisti. Cedo, num quādo vidisti quenquam tam impudentem, qui palmam sibi hoc nomine vendicaret, quod strenue certasset? Non arbitror, atque id in re penè ludicra, certò ad voluptatem comparata. Et tu in tam serio omniūmque splendidissimo negotio id tibi postulas, quod in scenicis illis pugnare vel impudentissimum tentare? Age quoties & illud vidi- si eueniare, vt qui sese fortissimè, doctissimèq; gessisset in curre- su, is à p̄mio longissimè abesset, & ignauissimo faueret e- ventus? Habeat ille sanè, quod causerur, excidisse habenas, consternatum equum, fractā rotam, iactet se vel arte, vel vi- zibus tanto præcellentiore, quanto Thersites præstitit A- chilles, nisi metam prior attigerit, profectò postulan- di p̄mij ius nullum habebit, fortunam suam incusare lice- bit. Ceterū Agonotheta nō indignabitur: propterea quod hoc animo in certamen descenderit, vt eius veteretur cōditio- ne. id est, ita demū p̄mij ferrer, si virtuti fortuna fauēte vi- cisset. Alioquin si conatoi, nō tantū effectui p̄mij deberetur, tot palmis esset op̄, quo in Olympicū certamē venissēt. Quā quā in huiusmodi ludis, qui solēnitatis voluptatisque gratia proponuntur, sit interdū, vt viētis quoq; p̄mja statuātur, nō honoris, sed solatiij gratia: verū serijs in reb⁹, atq; adeò periculosis, quenā obsecro lex vñquā mercedē statuit, nisi si quis facin⁹ peregrisset: & ita peregrisset, vt omnes numeros imple- rit: A quo tu quātū abh̄s, mox audies: nā nunc de conatu rā- tū agimus. Lex igitur ciuicā promittit coronā ei, qui ciuē in bello seruarit: Quis vñquā ad hunc honorem vel aspirauit, quod se telis obiecerit, quod non sine multis vulneribus dis- cesserit? Profectò nisi ciuē seruato, nemo ciuicam petit, Quis vñquam his verbis muralem petijt: Actiter condi- Iudices, vt mœnia superarem. Omnia feci, sed depa-

sus suum. Quantumlibet enīsus sit, nisi consensu muro  
 tam inuercundus ut muralem coronam sibi deberi dicat.  
 Obsidioalem nemo flagitat, nisi depulsa obsidione. Post-  
 mó nullus honor petitur, nisi ab eo qui id efficerit, ad quod  
 honor inuitat. Qui nauim in tempestate desertam ad littorē  
 perduxerit, huic ex lege vendicatio est earum rerum, qaz  
 nauī vehebantur. Quorsum attinet hic tuām iactare pen-  
 tiam, sudores, pericula, conatus? Nihil pon feceris, que na-  
 pem in tutum reduceres, sed vixius tempestate deseristi,  
 audebis quicquam ex his quaz sunt in nauī, tibi vendicare.  
 Aut si ausis, futurum speras, vt quisquam te vel pilum fix:  
 attinge: Non opinor. Si quis ynquam ouationem, suppli-  
 cationem, triumphum obtinuit, quod advictoriā omnibus  
 nervis esset enīsus, quod gnauiiter se gesserit in bello, nisi il-  
 perior discesserit, nisi p̄scriptū m̄ lege numerum hostium  
 fuderit, aude & tu tibi p̄mium promittere, quod tyra-  
 nicidium sis aggressus. Quod si nemini hominum memora  
 contigit, de sine tibi uouā ipse blandiri, de sine inaudiro ex-  
 plo postulare, quod sperare sit improbissimum, dare postu-  
 lant stultissimum. Noli nobis commēmorare, quanto capi-  
 pis periculo murum arcis consēderis, qua virtute satel-  
 tium tyrañicum perruperis, alios depuleris. alios occidisti  
 quorum maximam partem tibi liberum est fingere. Ad obu-  
 pendū tyrañicidæ p̄mium, duobus duntaxat verbis et  
 opus, tyrañnum occidi. Quantumuis conatum exagges-  
 alleues, attollas, non nisi tyrañicidæ debetur p̄mium. A-  
 lioqui quid dices si eodem illo die, quo tu arcem conice-  
 disti, permulti pariter aggressi, sua quisque virtute frēti: quo-  
 rum nemo tamen tyrañum interemisset: utrum omnes ty-  
 rañicidæ p̄mio potentur ex æquo, nempe quia conuic-  
 Age quid si multis strenue rem aggressis, vni cui piam, qui qaz  
 omnium ignauissimus (vt non semper virtuti responderet for-  
 tunā), cum contingat interficere, an non p̄teritis religis  
 hic vñus honorem auferet? Quamobrem tandem? Non quia  
 plus adierit periculi, sed quoniam id conficit, cui lex hono-  
 rem decreuit. Hic tu fortasse rursus incipies deplorare, fra-  
 stra sumptam operam, negabis equum esse virtutis egregios  
 conatus merito fraudari p̄mio, nisi fortunaz suffragio ad-  
 iuuentur. Sed quaz tandem potest esse iniqua conditio,  
 quam nemo compellitur accipere, nisi cui cordi sui Qaz.

tumlibet iniquā conditio proponitur, eam nimirum facit  
 & quissimam, quisquis suapte sponte recipit. In aleæ modo si  
 fas est hoc exemplū conferre) quid iniquius, quam vel sum-  
 sum artificem ab imperitissimo superari, si modo iactus  
 commode cadat? Atque id adeò nemo tanquam iniquum  
 causatur prop̄ terea quod cui latus huius lex non probatur,  
 ei liberum erat non suscipere. Itaque lex quod præstari ve-  
 lit, id palam atque in medio proponit. Quid abs te præstari  
 possit id tibi relinquit expēdendū. Illa nihil mauult, quam ve-  
 res quam̄ optimè cadat: quod si postea quam̄ nihil iñ intenta-  
 tum reliqueris, quo minus effeceris, per fortunāstetit, intelli-  
 gis (opinor) nihil habere te, quod legi succenseas. Fortunā, si  
 ita lubet, in ius voca, cūm lege nihil tibi rei: quæ ut nihil  
 promittit, ita nihil debet, nisi præstanti. Neque verò existi-  
 memus Iudices, istud à maioribus qui hanc legem tulerunt,  
 sine summa ratione suisse factum, vt conato præmium non  
 esse statuendum putarint: videlicet illud cauerunt, non tan-  
 tum ne ancipites istas & inexplicabiles huiusmodi de cona-  
 tu lites inuitarent, verum etiam quod intelligerent tyranni-  
 cidijs conatum non posse, nisi summō ciuitatis periculo susci-  
 pi. Vnde futurum prospiciebant, vt si conatu præmium sta-  
 tuissent, temeritate conantium resp. subuerteretur potius  
 quam̄ restitueretur. Etenim tyrannis quid aliud est quam̄  
 graue capitaleque ciuitatis hucus? huic si quis medeatur,  
 ei merces digna proposita est, quam ita demum ferat, si re-  
 fmedium præsentaneum attulerit. Verū huic malo nemine  
 oportet admoliri manum, nisi certum artificem, qui sua di-  
 ligentia peritiāque fretus, non sinat hoc licere fortunæ, vt  
 dum ipse salutem dare conatur, illa vitam penitus eripiat.  
 Quid? vtrum tu igitur in eiusmodi discrimine conatum præ-  
 mio iudicas inuitandum esse: an potius pœna deterrendum,  
 nisi quod conatus est quispiam, idem præstiterit? Nec illud  
 te subleuat, quod mihi videbare raciocinando colligere,  
 quum lex in maleficijs pœnam irroget simplici sceleris mo-  
 litioni, par esse vt multò magis in benefactis conatus habeat  
 rationem: nam oportere legem multo propensiorem videri  
 ad compensandam virtutem quam̄ ad retaliandam culpam.  
 Atque vide quam̄ hīc tota erras via. Principio non animad-  
 uertis hoc tyrannicidijs facinus toto genere à reliquis dis-  
 cedere, prop̄ terea quod aliorum molitio cum priuato mo-

lientis periculo modò coniuncta est : huius cum publico  
 scipub. discrimine copulata, ut temerè moliti tyrannicida  
 nihil aliud sit, quām temeritate privata regni omnium prode-  
 re. Deinde lex nec in quo quis criminē, nec qualem cunq[ue]  
 conatum in quæstionem venire sinit, verū in paucis de-  
 taxat, quæ vel propter insignem atrocitatem hoc odij re-  
 tentur, vel eiusmodi sunt, ut prius exitium adferant, eum  
 conatus dent significationem: quod genus parricidium, re-  
 nesciū, proditio. Postremò non vides nihil esse simile, to-  
 tāque natura rationēque discrepare, poenæ legitimam  
 irrogationem, & honoris largitionem. Nam alterum qui-  
 dem propriè legum munus, alterum quasi quædam de iure  
 concessio, legisque candor (ut ita dixerim) quidam est. Hoc  
 ita habere sic demum intelliges, si reputes quām multa sint  
 quæ lex iubeat, addita poena, ni pareas: quām multa item re-  
 tet, nisi obtemperaris, supplicium minitans: contrà, vix rōrum  
 atque alterum esse, ad quæ præmio sollicitet. Quædam enim  
 eiusmodi sunt, ut durum ac seruile videatur ad ea metu mali  
 adigi: quo de genere sunt, uxorem ducere, operam dare  
 liberis. Hic lex nimirum urbanius ac verecundius tecum  
 agit, patris, non magistratus sumit habitum, precio ad id in-  
 uitat, quod alioqui gratuito te præstare decebat. Rursus alia  
 tametsi id genus sunt, ut à quo quis non improbo ciue præsta-  
 ri velle oporteat, tamen & fortiora videntur, quām ut à  
 multis præstari queant: & periculosiora, quām ut multi re-  
 linqunt suscipere: nam inhumanum videtur cuiquam vite suz  
 contemptum imperare: ad hæc igitur præmio animar, quan-  
 que calcar addit virtuti. Proinde non oportet hanc le-  
 gum indulgentiam longius trahere, quām ad quæ semel  
 ipsa astringit. Nec mirandum est si attentior, si vigilanter,  
 si exactior est in proprio naturalique munere suo, quām  
 in eo in quo pro temporis ratione in alienas partes des-  
 cendit. Huic adstipulatur illud, quod nouis etiam en-  
 minibus exemplum, aut nouum noua lege solet institui,  
 aut à simili lege mutuo sumi. Neque tamen idem fieri con-  
 suevit, si quis quid noui facinoris cum laude patravit, nō  
 præmium à simili constitutione decernatur: nisi lex exet,  
 quæ nominatim honorem statuat eius facto, quod roget,  
 vix habebit quod postulet, haudquaquam. Curenim legi  
 necesse sit passim ciuium suorum officium mercede redime-

quandoquidem ne sit impunita improbitas, id publicitus  
 innuum referat: at probus esse nemo gratis potest. Quid  
 utem est quod non vel gratus patriæ debeat cuius? cui  
 vel animam impenderis, quid mirandum, si quod acceperas  
 et restituis? Ut supplicio dignus sis, nisi parenti pietatis of-  
 ficium persoluas, non præmium illico tibi dcheatur, si per-  
 oluas. Itidem, si quid in leges committas, non potes effuge-  
 re supplicium: at non statim illæ tibi præmium debituræ  
 sint, si quid cum officio feceris. Nam si ciues omnes sese in  
 officio cōtinerent, ne opus quidem esset ullis legib[us]: quip-  
 pe quæ non ad bonos mores comparatæ, sed mali è mo-  
 ribus natæ sunt, id quod verè vulgo dicunt, ac pharmaci  
 vice fungantur. Finge itaque nullas esse leges quemad-  
 modum de aureo Saturni seculo fabulatur poëtæ, suo  
 quemque sponte fungi officio: an tu h[ic] clamabis perire be-  
 nefacta, quod nulla lex præmium decernat? Vt lex non mi-  
 natur nisi improbis, ita non pollicetur optimis ciuib[us].  
 Quorsum enim opus promisso, quum virtus absoluta abun-  
 dè scipsa contenta sit? Proinde petere quod illa non sit pol-  
 licita, profectò plus quam immodicissimum est: improbe  
 flagitare quod ea candidè ciuitérque promiserit, ciuis est  
 probitatis non satis spectatæ. Tu quid merueris, paulò post  
 excutietur: interim finge sanè præcipuam quaudam utili-  
 tatem attulisse, cui tamen ex lege præmium non debeatur.  
 Vrum protinus clamabis infugiferum fuisse officium,  
 ciuitatem in ius vocabis, plebem ingratam vociferabere, mi-  
 nitabere iudicibus, nisi tibi mercedem ex animi cui senten-  
 tia decernant? An potius ipsam virtutem abundè magnum  
 sui præmium iudicabis? Oblectabis te conscientiæ recti.  
 Hunc esse maximum fructum officij duces, quod de alijs  
 citra tuum emolumendum benemerendo ad deorum beni-  
 gnitatem videaris accedere? Nimirum h[ec] tibi futura sunt  
 satis, si modò ciuius sis optimus. Quod si non contentus istis,  
 aliud adhuc nescio quod præmium desideres, certè maxi-  
 mo proximum est gloria: hoc tu iam propemodum tu-  
 listi. Quanto metiris precio, volitate per ora morta-  
 lium, celebrari, laudari, digitis notari mille, oculos  
 omnium in te coniectos circumferre? Ista, inquam, vel  
 maxima præmij pars: nam pecunia sanè quam exigu-  
 um momentum adfert. Tu conatus duntaxates, permia-

gna portio, vel caput potius ipsum tuo deest faciōn. si  
cum interim his rebus frueris, dum non occiso, tamen rīz  
tyrannicida celebraris, iquālo te, quantula pars abest ē se  
præmio quod latus eras, etiam si tyrannum occidēs.  
Postreino isthuc ipsum præmium, penè dixerim, iudica-  
dum mihi videtur, quod iam tibi licuit tories Reip. tyra-  
nidium imputare, quod in celebri iudicio tibi contigit be-  
nestissimum præmium flagitare, & in tam frequenti ibi  
spectante rep. magnificam istam tuam tragœdiā imperagen.  
Mihi viderur Iudices, beneficij tulisse gratiam, quisque ex-  
probrate beneficium potuit. Tu fortunæ, tu deorum mun-  
imputas ciuitati, & sunt fortassis qui tibi libertatem acce-  
ptam ferant. An hæc tanta præmia contemnis? quæ vel ve-  
tyrannicidæ sufficere debuerant, nisi lex maluisset puniti  
conatum ab effectu distinguere. Quamque nullum me be-  
nele præmium magis congruit ei, qui tyrannum conatus  
occidere, nec occiderit, quām ut illi contingat tyrannicidæ  
præmium sperare, nec ferre tamen. Hiccine erat ille gradus  
in quo nos tecum commorari iubebas? Quanquam hoc  
nomine tuus conatus minus promeretur præmium, quod:  
liorum proposito fortuna modo defuit, tibi voluntas, ut as-  
Effecisti quod voluisti id quod erat necesse, nec fecisti, ne-  
voluisti. Sed iamdudum alium gradum (ut video) circumpe-  
etas, in quem te recipias: nam in hoc quām citra omnia  
præmij spem consistas, intelligis. Age sequemur te per ora-  
nia, & aliunde aliò fugitātem persequemur, nec usquam fi-  
nemus consistere. Atqui non tantum aggressus sum, in qua  
verum etiam occidi, nempe filium: atque id facinus inde:  
secas tyrannicidia, & quod filium sustuleris plusquam tyra-  
num tum tyrannidis successorem: & quod parenti, necato:  
lio, mortis causam ministratis. De illo mox nunc hoc cuius  
modi sit inspiciamus. Parentem aīs abs te, iugulato fix:  
eadē oculum opera: negas enim referre, qua via peremere  
modo sustuleris: imò splendidius isthuc videri vis, quod tu  
quidem ense, verūm ipsius dextera sit interemptus. Hæc ut  
honesta, Iudices, oratio possit parum attentum fallere, præ-  
sertim hoc rem fucis illis suis & phaleris venditante, dor-  
nobis ob oculos ponit validum illum florentēmque iuc-  
nem, sic patri adamatum, crebris vulneribus confessum  
parentem senem miserum, illi circumfusum, eodem exar-

se, sanguinem utriusque inter se confusum. Ista quidem  
actu splendida, sed quid ad tuam causam attinent? Nemo  
um cæcus qui non videat, nemo tam effrons qui neget,  
spectaculum illud multò omnium iucundissimum extitisse  
uitati, quum senem tyrannum iuueni videtur incumben-  
tum, exanimem exanimi, & in altero gauderet sese levatum  
ialis præterius, in altero fututorum metu. Hæc quum  
ex se maxima, quum Reip. sint gratissima, quid attinet ver-  
is exaggerare? Illud vnum in hoc iudicio veritut, utrum  
bi acceptum ferri oporteat, quod pater sine controversia  
tyrannus occisus est, an fortunæ superumque dexteritati.  
Quod enim tuo gladio peremptus est, id vero quam est fu-  
tile nihilque. Quid si tuo gladio ab eo qui eum utendum  
bū te rogasset, tyrannus esset necatus, num tu protinus ty-  
annicidæ præmium petitum venires? Lex occisoris pollicie-  
tur honorem, tu eum iugulasti, de quo certè controversum  
esse poterat, tyranni nomine censendus esset, nec tibi eum de  
quo nihil erat dubitationis reliquisti. Si prudens, prudens  
excidiisti à præmio: sin metu, multò minus etiam causæ est  
postulandi muneris. Verum illud rute vehementer virgas,  
qui prudens volensque reliquissimæ viderere. Sed quod tan-  
dem erat istud tuum consilium, quum tibi sic in manu esset,  
non toto metu liberare Remp. sed ultorem tui facinoris, &  
verum certumque tyrannum relinquare intelligebas (ut ait).  
omne negotium coniectum extincto iuueni, propterea  
quod modis omnibus futurum præcires, ut senex illico si-  
bimet eodem gladio necem consiceret. Videte Iudices, in  
manifestissimo mendacio qua rima conatur elabi: nisi diui-  
nandiscentiam commentus fuisset, non poterat hinc expli-  
care sese. Siquidem hæc vel augur, vel haruspex, vel vates di-  
ceres, fortasse nonnullos innuenites, qui ista prædicanti si-  
dem essent habituri. Nunc quid impudentius: quid vanius?  
quid veri dissimilius, quam asseverare, id certum præcisissime te/  
quod tale sit, ut qui quis aliis exitus potius fuerit expectan-  
dus? An coniecturis es assequutus id eventurum quod que-  
nit? At quid aliud effici coniecturis poterat, nisi ut vel spera-  
tes, vel suspicarere? Porro in re tamancipi, quæ dementia  
erat spem incertam sequi, discrimen certum negligere? Sed  
audiamus obsecro certas illas coniecturæ quibus hic nostri  
vates præsens in opinatum omnibus exitum. Iam ætate fel-

sus erat, inquis, iam viribus defectus, nec obtineri iam posse  
mabat posse tyrannidem adempto filio. Tum indulgens  
amabat, quām ut filio veller esse superstes. Nonne scōntra  
adēd non esse naturae rerum contentanea, ut iam dimitte  
videantur esse confutata, vel priusquam refellantur? Vnde  
seri mentem ullam fuisse putas, an non putas? Si non posse  
fieri potuit ut illi tutum videretur, quod neutquam excep-  
tum, atque ita protinus toto falleris augurio: si putas  
puisse, tur etat quod usque adeo diffideret? Quābū vejori  
rannis viribus duntaxat vihi hominis, ac non multò magis  
ingenio, versutia, calliditate, largitione, crudelitate  
contineatur: quāz omnia si magis in senectu quām in adoles-  
centem competunt, cur tu in diuersum totques augurias?  
An non illa ætas usū retum callentior est: an non altius  
simulat? an non cauet diligentius? an non prospicit occi-  
tius; irascitur implacabilius? tenacius furiarū meminime-  
liisque in longinquum consulit? His solis rebus impone  
tyrannicum administratur. In militiæ duce quantulum ei  
illud momentum, quod corporis vires adseruntur: in tyra-  
nide profecto multò minus. Cum magis illum tenet  
ademptus filius, quām extinctus satelles quispiam audaco-  
quum arx superesset approbè mutata, superessent opes, ar-  
ma, satellitū ingens agmen, tot in ciuitate factiosi potes-  
tésque, qui non solum tyranni partes adiuabant, venient  
etiam tyrannos agebant: quos equidem spero nunc nobis  
non esse metuendos (nolim enim infausta ominari) atitu-  
men, ne nimium securè negligantur. Usque adeōne seorsim  
eruda virilique (quod omnes norunt) senecta callidum, tem-  
posum, ambitionem, non stultum, una filij mors confundens  
uit, ut rebus desperatis protinus è vita sibi migrandum de-  
xerit? præsertim quum ille patris dominatum nihil reddi-  
derit tutiorem, sed multò inuidiosiorem, idque ob hibisci-  
tem, atque ætatis insolentiam temeritatēmque, adēd ne  
pedierit propemodum illi ad stabiliendam tyrannidem filium  
è medio tolli. Etenim quo propius ad iusti regni pre-  
ciem accesserit tyrannis, hoc minus est inuidie obnoxia,  
magisque tuta. Iuuensis ille solum hoc augebat, quod matru-  
mè tyrannos solet euertere. Vera illa tyrannidis munimenta  
in callidi senis pectora erant collocata. Sed tenetius adser-  
bat filium, quām ut defuncto possit superesse. De materib.  
quapiam priuata loqueris, an de viro sene, callido, crudeli-

pique tyranno? Quid ego Iudices, in eo sermone argu-  
 entis coarguendo sumam operam, quem ipsa natura, quem  
 os, quem communis omnium sensus repudiat? Quis vn-  
 am isthuc audiuit? tyrannum vsque adeo pio in liberos  
 esse animo, ut non dicam cōmōdori voluerit, sed cōmōduere  
 cōmōdē quiuerit? Credite mihi, priuatorum isti sunt affec-  
 tū, Tyrannus neque quid natura, neque quid pietas, neque  
 animo quid sit officium nouit. Exuit hæc omnia, simulat-  
 e tyrannum indigit. Omnia commodis, omnia metu, om-  
 a necessitate metitur. Solos hos amat ( si quos tamen ille  
 amat, qui vel deos ipsos addit) quos aut metuit, & tollere non  
 expedit, aut quorum opera ministeriōque ad fulcien-  
 tiam imperium indiget. Quod si illos ille posset amare, simi-  
 scerte sui diligeret, impios, violentos, rapaces, scelestos,  
 tanto nihil ad conciliandam charitatem efficiacius morum  
 nilitudine. Atqui ne improbi quidem illi chari sunt, nisi  
 patenū adiuuant, adeo ut præpostū, vel peruersum po-  
 das quendam Stoicum tyrannus exprimat. Neque enim  
 quisquam tam Stoicus fuit, ut æquè vacaret omnibus affec-  
 bus atque tyrannus: hoc modo illos discernit, quod philo-  
 phus honesto metitur sua consilia, hic commodo. An ille  
 lumi pietatis igniculum id quenquām mortalium sentire  
 potuit, qui in patriam vitæ parentem altricēmque, qui in cog-  
 tes omnium bonorum autores tam sit impius, ut illam cru-  
 elissima opprimat seruitute, horum phana despoliet, iura  
 contemnat? Verum ut largiamur tibi nonnihil, sinamusque  
 priuatos affectus in tyrannicum peccatum, hoc est, ignem in-  
 umen transferre, an tandem persuadebis illud, usque adeo  
 indulgenter illum adamasse filium, usque adeo in eum om-  
 nes vitæ suæ spes, voluptates, opes que semel contulisse, ut  
 lo sublato, ne minimam quidem vitæ causam sibi reliquani  
 esse putaret? Repete, non dicam ex hac cimitate, verum ex  
 niuerso mortalium genere: non ex hoc seculo, sed ab orbے  
 dito, & ab ipso (si vis) Promethei simulac̄o. Quotus quisq.  
 uit pater, quota quæq; matricula, quæ ob liberorū necē sibi  
 atū accersuerit? Naturalis hic dolor, & quæ nemo ferē non  
 nodestè ferat. Priuatis parētib⁹ vel indulgētissimis, mulier-  
 ularū intēperatissimis affectib⁹ mediocris lu& sufficit, ty-  
 rāni in filiū charitati non nisi solā morte satisfacturam esse  
 u Lynceus præuidebas? Age, hoc quoque tibi donamus,

vicerit homo tyrannus priuatorum in liberos pietatem, & cerit indulgentia matrculas omnes: qui tibi compertus esse potuit, vtrò se dolor paternus inclinaret? In rabie, & in desperationem? Quò diligebat impotenterius, hoc erat probabilius, vt senex natura ferus, ciuibus infensus, vel maxime veller esse superstes, vel ob id denique, quò veterem iram, nunc filij nece acerrimè exasperatam irritatam, & supplicijs saturaret. Quòd si aliás vitæ pertæsum fuisset, hæc nimis una causa poterat illum in vita retinere. Quidatem senili animo vindictæ cupidius? An nescis quām impudentes zetas illa concipiatur impetus, quo rapiatur æstu, qd flagrare soleat incendio, si quando atroci insignique coartatione laceretur? Quæ vero potuit esse atrocior, quām secundes sic amari, vt tu quidem sis? Hæc nimis quicquid in illo fuerit vñquam crudelitatis, quicquid sanguinis, quicquid immanitatis: si qua sanguinis sitis, si qua suppliciorum simes, denique si quid tyrannicum, id omne semel de integro poterat excitare, quasique renouare. Mitiora enī ante illa, datæ orbitatis iniuria, in rabiem solet agere: & tu in tyranno (quo nullum animal immutius) nihil tale metuendum esse certissimus augur existimasti, quod in Tigribus videamus euenire? Quòd si tibi vni compertum erat, tyranno scilicet in delicijs esse filium, quid igitur aliud tua siebat open, & ut sanguissima illa Tigris, rapto catulo, in rabiem verba, inserviam hanc ciuitatem dilaniandam discerpundamque intaret? Id si nō euenit, magna dijs gratia, tibi magnum debet malum: qui quantum ad te pertinet, tam diram belus nostræ capita fortunæque immiseris. Elige nunc vitam aeternam, an verum fateri, nihil fuisse tyranno cum nostris afflictibus commune, an confingere sic adamasse, vt mater eam quoque vicerit delicias. Certè neutro modo tua constabit diuinatio: quæ nisi constiterit, non est quod ad eius telam dem aspires, quæ fortunæ commoditate te imprudenter concerit. Postremò donemus & hoc tibi, vt præsciueris, & certum præsciueris, deo videlicet quopiam te certiorum facete (nam alioqui fieri nequaquam potuit) perinde est ac his præsciueris, quum præscientiaz tuæ fidem legi facere non possis. Profer quibus prædixeris id euenturum quod euenit: doce quis deorum quando isthuc tibi praecipiarit, nihil habes quod dicas. Verum postea

em feliciter euenisse videres , tum demum post factum va-  
 es esse cœpisti , quemadmodum vulgo tum fieri , tum dici  
 onsfueuit, post euentum stultos etiam sapere : & quo fortu-  
 & beneficium verbis in te transmoueres , tragediam istam  
 obis comminisci cœpisti , causas reperisti , quibus præscisse  
 ideare. Sed dij boni , quām non bonum poëtam te præsti-  
 asti , qui tam inconsistentia , tam cum natura pugnantia fin-  
 eris , sœuissimum tyrannum ob pietaten erga filium vltro  
 itam fugisse: ob vnius capitatis necem tutum sibi non putasse  
 in vita coimmorari , quum omnia supererent quibus tyran-  
 is & paratur & obtinetur , sublato eo in quo omne tyran-  
 idis præsidium collocarat , repente rebus suis diffusum ad  
 inferos abiisse. Age , mitto nunc argumenta , hæc omnia vera ,  
 non ficta credemus esse , tametsi ne fucum quidem ullum ha-  
 vent veri , si mihi ex omni hominum memoria vel vnum ty-  
 annum potes nominare , qui liberos suos sic adamarit , vt  
 non spadones ac pallacas longè prætulerit: qui sic illis indul-  
 lit , vt non suspectos haberet obseruantque: qui sic illis sit-  
 sus , ve non in barbaris quibusdam latronibus , ac seruis  
 iigmaticis plus quām in illis fiducię posuerit. Ego tibi per-  
 multos referre possim , qui filios sic oderint , vt viuos esse pati-  
 non possent: adeò metuerint , vt ne cibum quidem vnà cape-  
 re vellent: adeò diffiderent , vt tum deum se tutos esse pu-  
 dent , si quis illos è medio submouisset. Nullus inutilior  
 tyranni satelles quām filius. Ex extrema barbarie conducti-  
 os mauult ille sicarios , fugitiuos , homicidas , sacrilegos:  
 is vitam suam mauult committere , qui sua patria frui non  
 possint , & alienam euertere gaudeant , qui barbaricis feri-  
 sique viribus antecellant , & gigantes illos impios referant:  
 qui propter animi cupiditatem non difficile ad quidvis pe-  
 culi suscipiendum perducuntur , & propter ingenij ferita-  
 m à nullo facinore abhortent. Hi sunt idonei tyrannorum  
 ministri , hi fiducia , munimentum , præsidium inque tyrannidis  
 ultò tutissimum : hos si quis ademerit , caussam videatur  
 edisse , eur rebus tyrannus diffidat. Nam filius qua tandem  
 tione dominatum sustinebat: Aetate? at vtilior etas grap-  
 tor: Robore? vnuus erat: Prudentia? magis sapit senecta:  
 custodijs quas obtinebat? at si aduersus patrem ob-  
 hebat , mors illius seni etiam optanda. Si patris  
 omne , quid nisi vnuus satelles ademptus erat?

Nam custodiz̄ quō deficerent, nisi ad eum cui albus  
 Tūtior igit̄ erat futurus tyrannus amoto filio. Resca  
 tyranno suspecta, filius violentus & insolēs, proprieat̄  
 reliqui illi Barbari solo lucre contenti sunt. Filius illud p̄  
 miā spectat, tyrannidis successionem. Nec illus p̄ce  
 locus, vbi mentem possidet dira regnandi libido. Ibi cōtr̄  
 ptis naturæ legibus, & filium horret pater, & patris iur̄  
 tum optat filius. Sed dicturis iam dūsum nescio quid: max.  
 p̄fēsi, nihil inexpugnatum omittam. Vrges, Nisi præter  
 dum adamauit filium, nisi diffīlus est, cur sibi mortem co-  
 scidit? Isthuc verò meritò demirandum, quippe quòd p̄ce  
 omnium, ac tuam etiam spem euēnit. Verū ego nihil  
 me pertinere puto, vt tibi rationem reddam, quid illi dī a  
 mentem immiserint, vt sibi vim adferret: hoc tantum con-  
 cere sat est, te nullis conjecturis hunc exitum certò p̄ce  
 te potuisse, quantumlibet amarit filium: tametsi causa ea  
 admodum obscura. Iam deorum si qui fuerunt huic infel-  
 Reip. iras diuturna nostra calamitas satiauerat. Nam p̄pre-  
 tios nostra vota, nostra sacra commouerant: aderat illud tr-  
 tale tempus, quom iniipiis ille senex dijs atque hominib⁹  
 dignas admissorum p̄cas datutus erat. Iam aderant vni-  
 cces Erynnes, aderant Furiae, facibus & hydri somib⁹.  
 matæ: hæ illi mentem ademerunt, hæ vanam formidinem  
 incusserunt, hæ ationitum ad spontaneam sui cædem impa-  
 lerunt. Nihil minus arbitrabatur quām fūgisse, qui si  
 peremerat, quām vna cæde contentum fore, quā quidem va-  
 in te iure potes gloriari, quòd tyrannum vehementer fē-  
 leris. Virum esse putabat, qui hoc facinus p̄regissit. Credo  
 bat esse talem, quales audierat esse solere tyrannus, qui in-  
 gno suæ vitæ contemptu, tyranni caput impeterent: qui ad  
 adorirentur facinus, nisi ratione probè perspecta, qui pos-  
 sent perficere. Hanc suspicionem Pān ille, aut si quis ab aet.  
 deus, novis terriculis exagitabat. Arbitrabatur instare sua  
 carnificem, sensit adesse necessitatem illam fatalem, quā  
 nemini noceptum vitare licuit. Itaque quod huic vbo  
 pietati, quod deorum bonitati debetur, cur tu id phaleris  
 dictis in te transferre conaris? Vbi discrimen erat subeas-  
 dum, ibi fugitabas: nunc vbi res præter spem pulchre cor-  
 dit, tutiique putas, fortunæ laude in tē deriuas. Sed si ergo di-  
 uersum exitū fuisse consequutū, pone tyrannum ita p̄cū,

passim ciues ad exquisita supplicia rapere, prescribere, iugularare, in exiliū agere, possessionibꝫ exuere. Quid h̄c dices Nō  
 sines, opinor eorū malorū causā in te tanquā in authore re-  
 ferri, & fortunæ argumento culpā deprecaberis. Negabis ti-  
 bi imputādum esse, si quid fortuitò p̄zter propositum euen-  
 erit. At nunc nonne iniurium est, quod boni, fortunæ cō-  
 moditate p̄zter spem euenit, id totum in te velut authorem  
 velle traducere? Etenim te nihil expectasse minūs, quām id  
 quod euenit, vel ipsa res clamitat. Si hoc animo concendis-  
 ses arcēm, vt filium, non patrem occidisses, credi poterat te  
 talem quandam spem animo concepisse: nunc casu nescio an  
 metu potius in iuuem incidisti, & tum denique diuina i-  
 sta mens & futorum p̄zлага, sed quæ non nisi post euen-  
 tum sua prodat oracula, te corripuit. Quum esset fugiēdum,  
 ibi demum Iudices, in re tam tumultuosa, secum velut ocio-  
 sus consultare cœpit, vtrum senem suā dextra dignum existi-  
 maret, ibi demum præuidere cœpit, fore vt pater ipse sibi  
 manus adferret. Et quò commentum tam impudens Iudices,  
 efficiat paulò probabilius, quæ nec vidit, nec videre potuit,  
 ea perinde descripsit, nimirum (vt iactat) poëta, quasi specta-  
 tor astiterit, quid in mentem yenerit tyranno, quid dixerit,  
 quid fecerit, quomodo ferrum strinxerit. Eiusdem profectò  
 impudentiæ flagere p̄zcisissime, quod esset euentu conse-  
 quuturum, & quod non videris, id ita narrare quasi videris.  
 Quantò meliùs tuo commento, id est, fabulæ sua fides con-  
 stitisset, si ita finxisses: te quum perempto iuuene, stricto gla-  
 dio ad senem ire destinasses, repente à tergo adfuisse Pallad-  
 em illam Homericam, & iam cunctem capillis reuocasse te:  
 vetuisse ne tam luculentum facinus senili cæde obscurares,  
 scelere citra tuam operam curaturam, vt ille suapte manu, sed  
 tpo gladio peremptus, glorij tuæ nihil tenebrarum offun-  
 deret, sed multum etiam adderet lucis: dehinc abditum te per  
 rimam contemplatum, vel (quod est te dignius) repente  
 deam sephisse te nebula, vt tyrannicæ necis tutus & otiosus  
 spectator assisteres, nec prius illinc discessisse, quām negotiū  
 omne confectū vidisses. Hæc si cōfinxisses, paulò minūs ma-  
 lum poëtam te p̄zstitisses? Sed ocium, opinor, non suppe-  
 rebat ad omnes fabulæ parteis cōmodè tractandas,  
 videlicet lucri cupiditate te p̄qtinus ad p̄zmium postu-  
 landum sapiente. Nunc vel ipsa te prodit inconsistantia,

segmentique coarguit. In arcem ascendisti, quod tyram  
decideres, neque tum præuidebas, quod sole ipsocia  
deri vis. In medio negotio subito, nescio quis deus, oculis  
tibi restituit, ut vides futurum id quod accidit. Postea  
veris fidem facere voluisses, narrare de hueras quemadmo-  
dum nocturnus explorator fortim arcem concendens, la-  
udes clanculum irrepseris, forte fortuna obuio membre,  
non dicam ut tolleres aliquid, sed ut experireris, si quod re-  
tò facinus posses designare: hæc molienti commodum fa-  
uissimam fortunam: itaque quum adolescentem solum atque in-  
custoditum offendisses (ut est ea nimirum ætas securior, pe-  
riculique minus cogitans: præterea diurna tyrannis ita  
magnam metus partem exuerat) tum haud scio (ut mores illi-  
lius erant) multo vino sepultum, atque immodica libidi-  
ne defessum, fortiter iugulasse scilicet, & somnum illi cum  
morte, id est, germanum (ut ait Homerus) cum germano  
coniunxisse: deinde ubi iam cardines procul stridere ce-  
pissent, exaudito videlicet morientis gemitu, ibi te meta  
exanimatuni ita fugisse, ut non vacavit gladium e vulnera  
collere, quem nec parricidæ, nec sicarij solent relinquerie,  
ne deprehendantur. Interea domi latitasse te, iam dudum de  
fuga cogitaptem, & longinquas aliquas, semotâisque moedi  
latebras animo circunspectantem, in quibus abditus pos-  
ses irritati patris sequitiam fallere. Namque te ad sponte-  
neum exilium accincto, repente in vulgus exiisse famam,  
liberam esse civitatem, tyrannum vnam cum filio iugulatum,  
reliquos metu fugisse, auctorem ignorari facinoris. Ibi  
repente ad nouam tuæ fabulæ castastrophen immutasse te  
animum, & qui prius de salute fueras sollicitus, pro-  
tinus ad præmij spem arrectum fuisse, luctisque audita-  
te, priusquam tibi satis esset excogitata ratio, qua cum  
huius inopinati eventus laudem in te traduceres, prohi-  
bi in medium: id quod vidimus, clamitasse tuum illum esseensem,  
tuum facinus, non unum præmium tuæ virtuti fore satis.  
Hæc nemo non credidisset, sunt enim rerum naturæ conser-  
vanea, vsu comprobata, omnium opinione recepta. Atta-  
dum sedusq; quidem, sed tamen parum ex arte, tuam nobis  
præscientiam niteris persuadere, quam multa coininisce-  
ris, non dicam tota facie à vero distantia, verum etiam cum  
sensu communis, cum more, cum natura penitus pugnantis

ritum tyrannum tam maternè filium adamasse , vt sine eo  
 iueret noluerit : sic ob vnius mortem metu fuisse consternatum ,  
 vt in vita manere non sit ausus : sic illi toto pectori  
 sum , vt ipse nullas circum se custodias haberet : adeò fracti  
 animi fuisse , vt tam chaipi pignoris truculenta cæde non po-  
 uerit ad vltionem inflammari : tam inuallidum , vt tua dextra  
 uerit indignus : tam inermem , vt ni tu illi gladium reli-  
 quissem tuum , defuturum fuisset , quo se iugularet . Non vides  
 quod non competit tam insignis in tyrannum pietas , tam  
 secura in eam ætatem fiducia , tantus neus in hominem ,  
 excepto filio , reliquis omnibus præsidijs munitum , tanta  
 consternatio in hominem tot periculis exercitatissimum ,  
 anta imbecillitas in iratum ? Quid igitur erat , cur tu senem  
 illum tantopere contempseris , vt indignum habueris , qui  
 ua ista magnifica dextera iugularetur ? Tunc indignum iu-  
 licabis quem occideres , quum eum Resp. non putarit indi-  
 gnū quem formidaret , quem maximo suo cum dolore  
 erret . Non talem illum Iudices , non tales sensimus , vt cui-  
 quam contemnendus videri debuerit . Neque tu eum un-  
 quam contempsisti , nisi forte contemnere est , micerè for-  
 nidare . Sciebas arcem armis refertam , sciebas superesse sa-  
 tellites , quorum vel unus ( si seni vires deerant ) sufficiebat  
 iugulando tibi . Non ignorabas ( id quod nemo nostrum nes-  
 sit ) quantum virium illi partim exercitatio , partim ingenij  
 feritas etiam in illa senecta reliquerat . Tum non te fugiebat ,  
 frigidum illud senium sic interdum acri dolore inflammati ,  
 vt iuuenibus etiam validissimis sapientiæ fuerit intole-  
 randum , si quando solitum illud robur quod ætatis gelu ve-  
 lut obtorquerat , magno aliquo animi motu recanduit . Quis  
 autem tam inuallidus est , vt non illi pudor , ira , dolor ingens  
 vires suppeditet ? Hoc erat videlicet cur tu filium quam pa-  
 trem malueris occidere , quod illum inopinantem , inermem ,  
 dormientem fortuna obiecit . Cum hpc pugnandum erat ,  
 armato , vallato , irato denique . Hoc erat cur gladium relin-  
 queres , ratus ne tatis per quidem morari tutum , dum reciperes ,  
 metuens videlicet ne tantillu sarcinæ te redderet in fuga tar-  
 diorem . Reliquisti inuitus , quo tyranno prodi posses : sed pro-  
 di maluisti quam deprehendi . Neque ego nunc formidine tuā  
 accuso , imo miror magis quod pedibus consistere , quod  
 iugere potueris , quum audires moueri tyranicam familiam ,

Stridere arma : intelligeres tibi non cum puerō, sed cum vngilantibus viris, acieōtis, armatis, sobrijs, irritatis, deo: ex cum rabioso patre dimicandum esse : non quod illum viçisse adeò filij mors commoueret, sed quod arbitraretur, & haec scio an verè se petitum fuisse, dexteram tuam errasse tantum in filio. I nunc & spera, non dicam hos Iudices viros omnem persipientissimos, sed vel è media plebe quenquam esse tam enuciosis naribus, cui non suboleat, immò qui non placet odo-retur, præsentiatque totam hanc fabulam abs te confundat. Et quod poëtz solent, quym hærent in explicando tragedia argumento, hanc veluti deam diuinationem arte quædam induxisti, quò præsensionem tuam iudicibus probares, sine qua videbas præmium obtineri non posse. Sed occasio-nem, inquit, ministraui paternæ mortis, qui gladium quo feriret reliquerim : atque id solum non modo satis esse potest ad petendum præmium, verùm etiam meritum esse, ut ipsi enīs inter arma deorum consecretur, dominus pro deo præ-senti colatur. O hominem suauem, si has spes verè conceperat impudentem, si quoniam speret, postulat. Ita-ne tyranno gladius erat deservitus, nisi tuum illum reliquisses? Ta-marem arma, hoc est, in syluam ligna portanda putasti? Nihil fortè tuum illud ferrum magicis precaminibus erat imbu-tum, ut vtero ad mortis adegerit necessitatem : an verò nihil referre putas, quam præbeas occasionem, quomodo, quo animo? Primum, gladium reliquisti, quo nihil minus decū Tyranno: nunquam ferrum abest, non in cubili, non in triclinio, non in sacris: reliquisti metu trepidus. Tua quidem in re illud interim demitor, qua fronte cum gladiis tuis anhis appellare, quem habueris pro detelicto. Metu: inquam, exanimatus reliquisti, quem postea receptum optabas: reliquisti rem ancipitem. Quid si tyrannus illum eundem essem in ciuium iugulos distinxisset? quid si eodem lecto-siliqueotex huius urbis iuuentute adolescentes filio suo inficias mactasset? Si tyrannum occidisti, quia tuo occisus est gladio, & horum omnium indigna cædes ad te pertinebunt: quippe cuius ense peracta est. Id si non evenit, nihil ad te pertinet, nam anceps occasio quam in partem cadat, id dix in manu est: si bene verterit, nihil gratis debetur ei qui de-dit imprudens: sin male, temeritas imputatur. Neque enim culpa vacat, qui periculosa[m] ministras occasione:

qua si feliciter mirentur omnes; si infelicitate, meritò accidisse dicant. At quanto probabilius erat, futurum ut tyrannus tuo ene aliis in usus abuteretur. Scio me iudices haec pluribus refellere verbis, quam necesse videatur, quippe tam friuola: verum id propositum est, nullum illius argumentum non excussum, non exagitatum, non reuictum prætermittente. Quare queso ne pīgeat ita ut antehac fecisti, patienter atque attentè cognoscere, dum hunc ab gradu firmissimo deiicio. Hic sibi vehementer fidebat, hunc acriter urgebat locum. Negabat vitari posse, quin præmium deberetur, quod patri necis causam ministrasset, si non relicto gladio (nam hoc opinor argumentum iam habet pro detelicto) certe necato filio. Nam ita in legibus disertum aiebat, nihil interesse utrum manu sua quis occidat, an mortis causam præbeat. Addebat, æquū esse, ut cum in maleficijs causa datā imputarent leges ad supplicium, multò magis idē obseruarent in benefactis ad præmium. Hec aiebat meminisse se in legibus esse disputata, illud addens Thrastonicum, nisi sibi diuturna servitus legum memoriam oblitterasset. Non tu legum oblitus propter diutinā desuetudinē, sed nunquam quid sibi velint leges inquisisse videris. Bis enim hic erras, qui neque causæ datæ rationē, neq; datis animū discernas, id quod legibus traditū est, nec animaduertis lögē diuersā esse rationē maleficij & beneficij imputandi. Quid ais noue iuris interpres? Itane satis esse iudicas vel ad pœnam, vel ad præmium, qualemcunque quomodo cunque causam dedisse? Nihil igitur refert, Hector an Aiacem occiderit manu, an gladium illum dederit, quo se postea confudit? Atqui hanc laudē nunquam illē sibi vendicasset: tametsi probabile videri poterat, in eum usum hosti ab hoste datum fuisse ferrum. Quin ergo fabros ærarios omnes vel ad pœnam vocamus, vel ad præmium, quoties armis in eorum officina perfectis, aut iugulantur cives, aut seruantur? Postremo cur hoc quod tu petis præmium, non ensis istius tui opifex petit potius? Tyrannus gladium erat habiturus, te non portigente: tu portigere non poteras, nisi huius industria tibi ministrasset. Age si telo inter venandum temere missio, forte tyrannum vicinum interfecisses, clamares tibi tyrannicidē: deberi præmium, an potius nihil tibi deveretur laudis, quod imprudens & inscius iaculum toruissē?

Imò in ius potius vocandus essem, qui missi teli temeritate ciuem (quod in te fuit) occideris: nam quod in tyrannum incidit, id nihil ad te. Quid si capo vinum lene ac suave, quale Polyphemo dedit Ulysses, tyranno vendidisses, atque ille eius dulcedine captus, audiūs sese ingurgitassem, eaque re concepta febri dececessisset, auderes-ne capo, vini tituloyrannicidæ præmium flagitare? At quis non te cum tua flagitatione, ut temulentum, vinōque madidum explodes et? Ceterum quanto frigidore titulo nunc idem postulas? Ut cœque coniecturis præcipi poterat: ut ætas vinosa tam illicib; vino audiūs, intemperantiūsque frueretur, crapulam consequeretur morbus, præsertim in senectute: morbum mors, vulgo hæc eveniunt. Tu eam tyranno mortis causam dedisti, cuius nullum extat in hominum memoria exemplum. Quis enim antehac ob filij necem sibi manus intulit? Accedam proprius. Finge te tyranni coquum esse: probè callere palatum domini, medicos interdicere cibum, quo tamen ille oppido quam lubens vescatur: interminari morbum capitelem, ni temperet: id te non fugere. eum cibum tu arte tua, eupediisque & cōdimentis magis ac magis illecebrosum redidit. consequitur edentem morbus, quem prædixerant medici: emoritur tyrannus, liberatur ciuitas. Hiccine coquus è culina in forum prosiliens, & adhuc iure madens, fuligine nigrit, tyrannicidæ præmium postulabis? Mortarium, tonbillū, & ollas ostentabis, arma scilicet quibus tyrannidem expugnaris? Non eris (opinor) tam impudens in ea causa, quam mem ista tua multò est absurdior. Nam illi voluntas occidi non defuit, probabilem præbuit causam. Tu nec in hoc iugulasti filium, quod pater ultrò vitam relinquet, & causam dedisti, ad quiduis potius quam ad istud idoneam. Accipe exemplum tuo similius, quam ouum sit quo (quod aiunt) simile. Quid si tyranni amicam, quam ille misere ac perdite deperisset, occidisses: eaque cognita re tyrannus sibi vitam trumperet, auderes ad præmium aspirare: auderes dicere, te certum præscisse, fore ut tyrannus sponte fugeret è vita? Certè quanquam plures amicas extinctas sequuntur sunt, quam filios, nemo tamen tibi crederet, nemo tibi præmium decerneret, tuum factum periculum & anceps dicebat: omnes fortunæ gratias haberent, cuius cōmoditate re ea feliciter cessisset. Tibi abudè magnū præmiū existimat;

Si commissi venia donatus discederes. Primum igitur diuersam imputandi maleficij , & adscribendi beneficij rationem conueniet distinguere , deinde caussæ æqualitatem, postremò animum: atque ita demum liquebit, quid tibi lex debeat. Nam quod aiebas legem prolixiorē esse oportere ad redendum præmium, quam ad infligendam pœnam, id in privilegijs , quæ in exemplum non vocantur , fortasse locum habet. In iure communi lögè secus est. Siquidem (vti superius demonstrauimus) nulli nocenti lex non minatur pœnam : paucis benefactis præmium ostendit. Tum in malefactijs etiam conatum simplicem supplicio prosequitur : in benefactis semper exitum requirit. Nec mirum, nec iniquum, si lex est diligentior in eo negotio , ad quod vnum est data atque instituta, quam in eo , in quo temporis ratione tanquam alienas sibi sumit partes. Ergo in utroque communiter spectat , vt causa sit idonea : deinde vt animus adsit, non tantum casus. Hoc rursum interest , quod in benefactis nec causa idonea, nec animus idoneus satis facit legi , nisi his accesserit euentus item idoneus. In malefactis, si quid nocendi animo tentes, non expenditur nec euentus, nec causa : sed ex animo factum tuum lex metitur. Sic enim iudicat , tibi nihil ad scelus defuisse præter fortunam: quare subleuari, quod tandem ius sit? In euentu simul & causam datam, & animum expendit. Si animum vitiosum comperit, nihil moratur causam, quam sit idonea , putat animum & euentum ad pœnam commerendam sufficere. Sin animo simplici data est causa mali idonea , & non consequitur euentus : lex quasi conniuet ad id , & non putat ad suam cognitionem magnopere pertinere. Sin euentus est consequutus, etiam si de animi vitio doceri non potest , tamen temeritatis & negligenter nomine pœnam irrogat: partim propter suspectam dantis voluntatem, partim vt hæc latebra peccantibus eripiantur , imprudens feci , discantque homines vel suo periculo cauere, quod alieno faciant periculo. Ergo qui prudens & sciens, certam atque evidentem noxæ causam dederit : cum perinde lex cœset, quasi facinus manu peregerit. Veluti si quis hoste opibus copiisque iuuerit, perinde est ac si ipsius arma contraria ferat. Siquidem id suppeditauit, sine quo bellū geri non poterat. Aut si quis inimicū suum per dolum nauigio solutili imponendū curet, vt naufragio intereat: aut in cōclave pēsili

testudine inducat, ut ruina opprimatur: aut iuxta legem  
 ægroti, loco pharmaci venenum ponat, futurum sperans  
 ut eo hausto pereat, tametsi non bibit ægrotus, tamen vene-  
 ficij postulari potest qui posuit, propter viciosam animi vo-  
 luntatem. Nam vehementer erat probabile id euenturum,  
 quod ille moliebatur. Huic si detrabas nocendi voluntatem,  
 nihil illi cum lege rei futurum est. Si detracta nocendi vo-  
 luntate, apponas euentum: non effugiet temeritatis crimen,  
 nisi illum inculpata ignorantia absolverit. Porro si in loco  
 non ad id destinato, puta in via publica, aut in fundo alieno,  
 arcu temet exerceas: lex tecum non agit, nisi si quem occi-  
 deris, aut vulneraris, aut si cui damnum dederis. Ceterum  
 quod facis, tuo facis periculo. Quod si quid horum conse-  
 quutum est, cum lege tibi res est. Neque tibi tua patrocina-  
 bitur imprudentia: quippe quæ culpa temeritatis non vaceat.  
 Siquidem in te fuerat præcavere, quod probabiliter pote-  
 rat prætimeri. Vides quanto discrimine dissita sunt, inter  
 quæ tu nihil interesse dicebas. Primum non statim impota-  
 tur ad præmium, quod ad poenam, idque non à malignitate  
 legum latoris, sed partim ex ipsa rei natura proficiscitur, par-  
 tim à legum officio. Deinde discernitur animus, causa data  
 dijudicatur: spectatur euentus. Age nunc si libet, tuam cau-  
 sam, qua tuum facinus æstimari vis, expendamus. Finge te  
 certam, inevitabilem mortis causam tyranno dedisse, sed im-  
 prudentem, nulla tibi sit præmij petitio. Quis enim inciens  
 bene mereri dicitur? Fortibus vitis præmia dantur, non for-  
 tunatis tantum. Nam euicimus iam dudum, opinor, ne post-  
 hac affirmez te in hoc iugulasse filium, ut pater sibi necem  
 conseiceret: quod euenturum ne vates quidem quisquam  
 præscire poterat, tu ne suspicari. Imò posteaquam rem ple-  
 nam discriminis, fortunæ arbitrio commisisti, quia bene iuc-  
 cessit, hoc nomine lex te non postulat: at idem si male eue-  
 nisset, temeritatis poenas eras debitur. Neque enim tibi suc-  
 curreret inculpata ignorantia. Quid enim æquè formidan-  
 dum erat, quam ne tyrannus, simulatque occiso filio se pe-  
 insidijs persensisset, omnia tyrannidis mala in nos condu-  
 plicaret? Iam ut de animo res tibi constet, causam dedisti nō  
 solùm non idoneam, verum etiam periculosisssimam Reip  
 Vin' hoc tibi argumento euidentissimo demonstrari? Finge  
 te quæpiā è ciuiibus vito occidisse: tu extincti patrē id facere.

quod modò fecit tyrannus. Vtrū tu duplii cædis criminē tēneberis, an simplici: Simplici opinor. At vxor & mariti mortē imputabit, qui necato filio, seni causam mortis dederis: atque his fermè tuis argumentis vctetur. Indulgentissimè filium ad-amabat, in illū omnē familiæ curā reclinauerat, illo se oblec-tabat. atq; hęc de priuato sene cū fide dicer, quę tu de tyranō nimis durę (ne dicā ridiculę) dicebas. Addet ea te scisse, præ-vidisse futurum, vt ille vitā fugeret orbatus filio, in quo vno omnia vitę oblectamenta collocarat. Non tibi defuisse iug-landi senis voluntatē, sed hoc tantū egisse, vt miserabilius sua dextra perimeretur, vt odium tuū plenius miseri patris malis exaturares. Ideo iuuenē necasse, in hunc vsum gladiū in vul-nere reliquissé. Vides quanto sunt hęc probabiliora in hoc, quām in tuo negotio: & tamē negabis paternam necem ad te pertinere, atq; animi suspicionem, causę qualitate purgabis. Negabis causā idoneā fuisse, cur ille sibimet manus adferret. Te nec p̄scire, nec timere potuisse id, quod sit consequutū: quoddarū extet exemplū patris, ob filij necē spōte fugiētis ē vita. Alioqui futurū fuisse, vt & mater ubi fatum accerseret: quippe quā impotēt⁹ amare sit cōfētaneū, ac minus aduersū dolorē animi viribus valere. Hęc nō dubitares tibi profutu-fa, ad alterum crimē depellendū, & prodesse dubio procul. Atqui quod in maleficijs valet, ne quid imputetur, id multò magis in hac causa valet, ne quid acceptum feratur. Ibi te liberarēt à voluntatis suspicione, quod causas parum idoneas dederis, hic ex causis multò minus idoneis propter personam tyranni, videri vis non modò quod euenit, fuisse suspicatus, verum etiam certum præseisse. Ibi temeritatis po-stulari non poteras, propterea quoddam tametsi vitio abs te data est causa, tamen idonea non sit ad id quod euenit. Imò ipsi tota res imputabitur, & legibus pœnas dabit, se-pulturę prohibitus, quoddam ciuitati citra causam idoneam, ciuem vnum ademerit. Tibi non nisi vnius filij mors im-putabitur, etiam si mater quoque & filiæ & sorores, & tota tribus huius necem fuerit imitata. Hic poterat, nisi feliciter euenisset: quippe ubi summum Reipublicæ periculum & verteretur, & prætimperi probabiliter posset. Venio nunc ad quartum illud præsidium, Iudices, quod iste tutissimum, ac penè inexpugnabile iudicabat: vnde ergo illum ita deturbabo, vt non solūm sit non habiturus,

quò tyrannicidij & huius landis arcem obtineat: verumq[ue] etiam latebram inuenturus, vbi temeritatis ac maleficij perniciem effugiat, quò nimis intelligat, quām nos inimici non curiosē (vt aiebat) secum agam: vt quām possim in cōmen ac pœnam vocare, sat habeam ab honore non proximo secludere. Ait si tibi deberi præmiū, vel hoc vno nomine, quod iuuenem occiderit, iam plusquam tyrannum, ut tyrannidis paratum hæredem, etiam si hunc cœventum non dedissent, vt senex ipse vitam abrumpet. O depicteam impudentiam! Tu tibi præmium peteres, si tyranum suæ furiae non essent vltæ? Dij quiduis potius dederit, quām isthuc quod tu singis. Sed tamen singamus intermissione, quandoquidem id tutò licet: tamen si ad solam mentionem inhorrescit animus. Tūne, inquam, occiso filio, ut licto sene viuo, tyrannicidæ præmium peteres? An possis nec ipse supercesses, qui possis petere: nec esset Resp. que care posset? Nam tu aut exquisitis supplicijs exanimaris, ut in extremis Orcadis exul delitesceres: nos pro tyranno ut immanissimum carnificem patremur: & tuum caput vbi cunque terrarum latitares, diris imprecationibus deuouemus, qui nos tua incogitantia, vel præcipiti magis luci cupiditate in tantam malorum tempestatem coniecisses. Sed si filius erat tyranus (inquis) patri præter inane nomen nihil erat reliquum. Quid ego audio? duos igitur hæc ciuitas tyranos alebat? Nam de patre nemo unquam dubitauit, quia tyranni vocabulum mereretur. Quando autem antehac unquam fando auditum est, duos una in ciuitate sedisse tyranos? id quod magis etiam natura repudiat, quām eodem in corpore gemina capita. In ipsisdem aluearibus duo se reges pariter non ferunt. In armentis taurus tauro cedere cogitur. In ipsisdem lustris non conuenit duobus inter se leonibus: & tyranus (quæ nullum animal efferacius) patrem in eadem urbe patitur? Non vides necessariò fieri, ut è duobus, aut alter alterum oppugnet, aut alter alteri cedat? Vtrum tu fuisse maius in patre, an in filio? Si iuuenis aduersus senem obtinebas tyrannidem, quid à Repub præmium postulas? Tyranus partes adiuuisti, non Reipub. Sin patri cessit: quid tandem illum vocare potes, nisi tyranni vel præfectum, aut satellitem? Quandoquidem seniori tyannicam appellationem ne tu quidem audes detrahere. Verum ut quoquo modo tyrannidem omnem in

LVCIAN. TYRAN. RESP. 1103  
nnem in adolescentem oratione deriuares, quām multa cū  
uidem non ex re, sed pro causa tuā commoditate cōminis.  
baris? Cæterum quām in his conflingendis debri, quod  
personis situm est, nullam habuisti rationem? Sic enim (vt  
emini) inducebas in fabulam senectū jam ætate mites, &  
ui omnem tyrannidis acerbitatem ob senectam exuisser;  
on securus atque mala, quæ natura acerba, tempore mites-  
ant, & in alium abeunt succum. Porrò iuuenem ferocem, ill-  
o incolumi gerentem tyrannidem, iamque patri viuo succe-  
sentem. Priuatus paterfamilias non fert filium se viuo suc-  
cessorem: & tu vis isthuc credi in tyranno? Ille non sinit vl-  
um è liberis rem domesticam ex animi sui libidine modera-  
i: & tyrannus sese veluti abdicans imperio, negocium omne  
n adolescentem reiecerat? Non dubito, quin & ipse videris,  
uām dura sint ista, & quām à communī sensu abhorrentia,  
erūm quid facetes, nisi tales personas induxisses, exitum  
nuenire tragœdia tua non poterat? Quælo te, an vñquanti-  
uditum est Tyrannum ætate mitescere? Quando tu desinx-  
a quæ sunt priuatorum, quæ bonorum principum, tyrannis  
ribuere? Vt eodem igni cera mollescit, limus durescit: ita  
ætate plerique redduntur mitiores ac temperantiores, ty-  
rannus magis exasperatur. Vt tempus nonnullis pomis ama-  
itudinem adimit, vt vinis nonnullis acorem conciliat: ira-  
em tyrannis non adimit scutiam ætas, sed exaggerat. Vis  
pissimam, tyrannici ingenij tibi demonstrem imaginem?  
pinam cogita, quæ quo magis senescit, eo pungit actius.  
Echinos cogita, qui quo plus habent ætatis, hoc testa suę  
speriore. Vulgaribus ingenij fortasse nonnulla virtus senec-  
a vel detrahit, vel certè mitigat, etiam si plura irritat, noq-  
uilla patit. At tyrannorum mentibus ad scelus, ad crudelita-  
tem natis, scelere & immanitate imbutis atque educatis, pre-  
er vitorum omnium incrementum adferre senecta quid-  
oest? Nisi forte libidinem adimit? Quanquam ista Tyrani-  
idis quantula tandem est portio? Sed esto sanè prop-  
er ætatem ad voluptates legnior, verum erat fastidiosior;  
nde sit, vt imbecillior sit ad coitum, ad raptum audiqt.  
fortasse pauciores huic execabantur ephebi, sed insigniq-  
ues. Pauciores producebantur virgines, sed exquisi-  
tores. Cur non autem & plures? videlicet quip-  
enile fastidium optione & varietate vinceret. Hoc ita esse,

quot ego tibi testes citare possem, qui quò nobiliores sunt  
quò fortuna præstantiores habent liberos, hoc magis est  
flagitiosissimi senis cupiditate metubant. An tu putas tu  
cum vitibus senectete libidinem? Multò fecus habet. Ite  
quantum ætas improborum hominum facultas destruit,  
tantum adiicit cupiditati. Quanquam tyrannicum animus  
his in rebus non tam voluptatis vius capit, quam noctis et  
lectat contumelia. Ut frigeat in fene tyranno Venus, certe  
feruet vigore malitia, scutitia, nocendi libido. Postremo  
totum illud vitorum agmen, quæ propria tyrannorum sunt,  
cupiditas, rapacitas, improbitas, impudicia, impietas, ince-  
dia, violētia, impotentia, suspicio, fraus, perfidia, crudelitas,  
implacabilitas, immanitas, periutium. Quid autem oportet omnia  
commemorare nobis omnibus heu nimium nota? horum  
inquam nullum non ætate sit acerbius, propterea quid  
iuvanta nonnunquam naturæ bonitate vincitur: præterea  
quædam mala nondum didicit; at senecta, si quid pudoris, si  
quid humanitatis, si quid melioris ingenij à natura inservit  
est, id omne multo ac diuturno flagitorum viu peccatis  
exuit, & prosum in immanissimam quandam feram abit. Id  
ita euenisse, Iudices, in execrabilissimo illo fene, quid ego co-  
ner argumentis docere, quum sua cuique memoria abducere  
satis exemplum suppediteret? Quod si iuuenis sese gerebat in-  
solentiū, videlicet patris abutens imperio: num tu hec  
continuo tyranni nomine donabis. Ergo ex eadem veritate  
de sexcentos tyrannos facile reddideris. Nam quis est emulo  
in tyranni familia, vel extrellum mancipium, qui non  
ipse penè tyranō sit ferocior, violētior, sceleratior? Filius, mo-  
quis, emolumētis imperij potiebatur: patri præter nomē oī-  
nil cessit. Quasi vero non sit isthuc omni tyrrnidicom-  
mune. Longe minima fructuum pars, qui solent ex tyranis  
de capi, ad ipsum redire tyrrannum. Quemadmodum in la-  
trocino fieri consuevit: præde communiter in omnes  
distribuuntur, vel in eos potius quorum opera capiuntur.  
Alioqui non cohæredit cohors illa scelerata: nisi duxile  
quisquis fuerit, plus etiam permittat suis, quam fibi p̄d  
Solum nomen sibi propriè vendicat. Et in nullos est  
tyrannus indulgentior, quam in scelerum ministros quippe  
quorum opera sentiat suum imperium contineri. Proximis  
sub unius umbra satelles omnis, omnis minister, familians

eno, tyrannidem quandam in ciues exercet. Ridiculè fecer-  
 o, si hoc quoque coner argumentatione probare. Judices,  
 Vidimus, sensimus, experti sumus, nisi forte tam diutinæ ca-  
 amitatis memoriam, tam pauculi dies oblite auerunt. Ne-  
 que enim esset res usque adeo misera tyrannis, si ynius modò  
 oret toleranda violentia. Quot ferendi latrones, quot sacri-  
 egri, quot ex extrema barbarie aduenæ feris quam homini-  
 us similiores? Neque desunt qui se simulent apud tyranum  
 celeribus suis gratiam promeritos esse, quod nimis unum hoc  
 iomine metuantur à ciuibos. Horum igitur yngium quem li-  
 get tyrannum appellabis, & pro quolibet occiso tyrannicidæ  
 ræmum petes? Non in tantum omnem exues pudorem  
 spinor. Sed pater ætate fessus, omnem dominatum in filium  
 transstulerat, quicquid tyrannicum in vice gereratur, id iu-  
 tenis violentia committebatur. Sed isthuc quantum ab absit ab  
 imagine veri, quis tam cæcos, ut non videat, quis tam obli-  
 giosus, ut non possit experimento refellere? Ego tibi comi-  
 plures nomine satellites possum filio insolentiores. Ad  
 eæc, verisimilimum est nullius insolentiam minus approbas-  
 e senem quam filij, vel quod odit omnem tyrannidis af-  
 fectatorem omnis tyranus, vel quod intelligit ex illius fa-  
 cinoribus longè plus inuidiae odijque sibi consulari ( Calli-  
 dissimi autem tyrauni est, eatenus legitimum imitari reg-  
 num, quatenus obtineri tyrauni possit, vel quod pater  
 etiam pessimus, tamen liberorum non nihil offenditur yitijs.  
 & ad crudelitatis ministeria alienis quam suis yñ magult.  
 Quod si clam patre rapinas, raptus, atque id genus facino-  
 ra designabat filius, profectò non tyranum agebat, sed in-  
 solente in satellitem. Si in approbante parte, quasi que per il-  
 lum exercente tyranidem, utri tandem par erat impugnari  
 commissa, huic per quem gererantur, an eiusmodi autoritate  
 arbitrioque siebant? Non arbitror obscurum, quin huic cui  
 in manu erat nuto ne fierent vetare. Quid autem non agunt  
 per alios tyrauni? Nam ipsi quidem neque pueros emascu-  
 lant, neque virgines abripiunt, neque proscribunt, neque  
 bona diripiunt, neque phana dispoliant, neque hæreditati-  
 bus manum iniciunt, neque cōpilant ætrarium, neque tormentis  
 excruciat, neque quenquam iugulat, neque armis viços expugnat;  
 neque incendunt villas. Totu[m] h[oc] tyrannicu[m] ludu[m] per ministros  
 exercet. In yñ tamē tyrañici nominis inuidia cōpetit, in vnu

occidendum lex præmium instituit, in uomum frigideam in-  
rius facit, illos suæ cognitioni reseruat. Quorum vi quicunque  
sua opera tyranno profuit, ita aliud atque aliud vocabula  
impomi potest, certè tyranni vocabulum nemini congetur,  
nisi vni illi, sub cuius veluti clypeo, tota illa perniciosissi-  
mum hominum colluuius latitat. Arbitror vobis, Iudices, se-  
penumero auditum esse, id quod eleganter à doctissimis vi-  
ris est scriptum, tyrannis non longas modū, veremus  
plurimas esse manus, plurimos oculos, eisque aceritos,  
plurimas aures, eisque longissimas. Omnino prodigiosum  
quoddam est animal tyrannus, multoque Titibus illis  
Briareo & Encelado portentosius, centenis capitibus, ce-  
tenis linguis, centenis manibus, pedibusque. Quot casu  
habet scelerum ministros, totidem habere membra videtur.  
Atque ut ex membris corpus, ita tyrannis ex huiusmodi  
constat ministris. Verum ut illud quod corpus appellatur  
nihil est aliud, quam quiddam omnibus ex membris aggre-  
gatum, ita in tyrannoide uomum quippiā est, quod neque pes, neq; manus, neq; vñū aliud mēbrū, contineat aut evanescat:  
at ita contineat, ut ab ijs possit separari, idque tyrannus vo-  
catur. Proinde exaggera quantum libet iuuenis insolentiam,  
violentiamque, præfectum arcis voces licebit, oculum no-  
mines licebit, aut si manus dextram: aut si ne id quidem satis  
principium tyranni caput dicas licebit: tyrannum certè vo-  
care nequaquam potes. Voum enim illud portentum tyra-  
ni nomine censem, cuius autoritate titulōque cuncta haec  
membra velut animantur: idque uomum fortis ciui permittit  
occidere. Non vult te in oculum aliquem inuolare: nos fax  
ut caput aliquod amputes, ne tale quiddam eveniat, quod de  
Lernæa hydra fabulantur poëtæ, ut pro uno capite reſecto,  
duo pestilentiora subnascantur: pro uno excusso oculo, ple-  
res actiores succedant: pro vna rēſcissa dextera, malitio-  
rū robustiores subpullulent: vnius vitæ te dominum, arbitramque  
constituit, qui sibi sit ausus tyranni vindicare nomen: quo  
sublato futurum sit ut membra reliqua quasi destituta spir-  
tu, emoriantur, aut certè sanētur. At quid ego tecum iam se-  
curatis argumentationibus ago: Possum illico tuis te rebis  
reuinere, ac veluti tuo te laqueo capere. Iuuenem paulo ar-  
tè magnū patris satellitē nominabas. Non inficiabere. Rurū  
alio loco diebas omne tyrannidem occupasse filium: solum

appellationis honore cessisse. Qui cōuenit eundē & satelli-  
 tem & tyrannū appellari? Tum si cessit, non igitur usurpauit  
 tyrāni nomen. Contractus autē verbis aut rati sunt, aut res-  
 sinduntur. Lex hac tecum formula contraxit, si quis tyran-  
 num occiderit, p̄m̄ium ferat. Quid tu mihi iuuenis flagi-  
 tia commemoras? Id te lex voluit occidere, quodcunque  
 illud esset animal, quod tyrannus diceretur. Magnum (vt ip-  
 se fateris) satellitem occidisti, non tyrannum: quid tibi cum  
 ege rei est? At rem, inquis, legis sequutus sum, non syllabas:  
 sum interfeci, qui caput erat tyrannidis, paratus h̄eres pa-  
 terni dominatus: libertatem peperi, seruitutem sustuli: hoc  
 ex sensit, huius rei authori p̄m̄ium p̄stituit. Satellitem,  
 n̄quam, occidisti, nihil motor quantum, quām grauem,  
 quām ferocem, quām scelestum: satellitem tamen occidisti  
 tyrannidis, non caput: aut si caput, vnum ē pluribus. Sed  
 h̄ec omnia tibi ex animi sententia largiamur: fuerit sanē  
 es tota tyrannidis filius: pater nihil nisi vocabulum quod-  
 dam inane tyranni: quemadmodum in fabulis habetur, E-  
 cho nympham, nihil aliud quām meram quandam fuisse vo-  
 lem sine corpore. Qui tibi licuit in re tanta, à verbis legis  
 discedere? p̄s̄ertim ita dilucidis, ut perspicuum magis ni-  
 hil esse possit, & commentitiam interpretationem domi tuæ  
 natam in iudicium adferre? Ego Iudices, nullum in Remp.  
 exemplum perniciosius induci posse iudico, quām si con-  
 uescant homines calumnioli à p̄scripto legum recederet:  
 & interpretamento, quod ad p̄texendū facinus quisque  
 dum maximē idoneum comminisci queat, id Iudicibus  
 obijcere. Quis autem vñquātieminit de legis sententia  
 quæri solere, nisi quum in scripto quiddam appetat ambi-  
 guè, obscurēue dictum: aut quum ex verbis & euentu absur-  
 ditas quæpiam extitit, & aque manifesta? In priore non cu-  
 usuis commentum, sed iuris prudentium responsa, sed Iu-  
 dicum sententia recipi solet. In hoc posteriore, necessitas  
 ipsa compellit aliquantis per à legis vocibus deflectere: &  
 equitatem iuris potiùs, quām verba spectare. Duplex ira-  
 que periculum videtis Iudices; alterum ne superstitione ca-  
 uillatione literarum legis ab eo quod lex spectauit abduca-  
 mur: alterum ne passim à p̄scripto discedendo, leges om-  
 nes & iudiciorum religionem subvertamus. Quorum illud  
 quidem multò leuius est: propterea quod vix vñquam acci-

# 110 · DECLAM. ERASM.

dat. si legislator obsecrè quid voluerit, explicuerit; at ab  
surdū quidam exoriatur. Hoc multò periculōssimū pene-  
ciosissimūque. Etenim quā tandem lex futura est, quā verē et  
calumniator, quō pœnam effugiat, non facile posse ab esse  
commento subtertere? Neque quisquam non elabetur: in-  
dicio vestro nō cens, nisi qui sit usque adeo nullius inge-  
ni ne fiduciam quidem aliquam commentatiunculam esse  
inuenire. Atque ut cuique commōdum erit, aut animo in  
do fetet: ita pro sene iuuēnem, pro tyrranno satellitem, pro  
homicidio tyrannicidium: & passim aliud pro alio ieter-  
pretabitur. Vesta interim Iudices religio, vestrum re-  
tandū, qua tandem ratione seruabitur: quibus nihil certum  
est certi, quod in cognoscendo sequamini: verum at  
bigua dīuersasque litigiorum conjecturas spectare de-  
cessum est. Ergo quum in omni causa maximopere circu-  
dum est, ne sine grauissima ratione à legis præscripto  
discedatur: tum in hac non periculōsum modo, verū  
etiam absurdissimum: quum legis verbis nihil possit el-  
se dilucidiū: sententia nihil æquius: interpretamentū  
quod p̄exeter legis mentem inducitur, nihil pestilentis.  
An credimus legis huius autorem usque adeo infatuum,  
& verborum inopem fuisse: ut dicere non potuerit: exi  
quo vis modo Tyrannidem sustulerit, huic præmiū est,  
si modò istuc sensū sit. Neque verò fugit illum, totam ter-  
rā p̄ se satellites & præfectos exerceri solere, permel-  
tisque in his esse vel Tyrannis ipsis sceleratores: atque ita  
dixerim, Tyrannicos magis & omnino supplicio digno-  
res: nisi & omnū omnia ministrorū sclerata Tyranno impetu-  
rentur. In vobis tamen illum, qui hoc nomine censemur, tibi fer-  
ro grastāndi facultas data est. In reliquos non tibi pertinet  
idē: non quod illos vita dignos iudicet lex, sed quod va-  
cēde totā tyrannide in tolli velit, nō multorū cēde, reddi de-  
tiore. Tuū erat Nēq; simplicitē patere: neq; eius verba q̄oū  
plumbēa quandā regulā ad tuū facinus accōmodare, retū ad  
illius præscripsiū factorum tuorum rationem instituere. Sic  
settim in hoc exemplo, quo non aliud potest admitti p̄ seculē-  
ti, ut ex legis arbitratia interpretatione, quē velis, interse-  
di tibi pro tua libidine licentiam sumas. Nō illud hic specta-  
dū iudices, quā inuisus Reip. sit, qui occisus est, quā maiore  
etia supplicio dignus: verū id etiā atque etiā perspēdere o-

sortet, exemplum præter leges iugulandi homines, semel  
 in ciuitatem receptum, semel vestris sententijs approbatum,  
 denique præmio compensatum, quo tandem licentia sit pro-  
 cessurum. Quod iste sibi in tyranni filium licere voluit, hoc  
 alius sibi volet in ditissimum quenque ciuium licere: Quis-  
 quis pauper à locuplete contumelia afficietur, protinus ty-  
 rannum eum appellabit, & veneno aut ferro adorietur. Po-  
 stremò si cui magistratus non placebit, si cui iudex erit inui-  
 sus, non dubitat è medio tollere. Porrò ad facinoris de-  
 fensionem, Sophistam quempiam aut lycophantam consulat  
 (si ipse ingenio stupidiore fuerit) & nouam legis interpreta-  
 tionem vobis adducet: dicet nil aliud sensisse legislatorem,  
 quam ut huiusmodi ciuium genus non nomine, sed re ty-  
 rannidem agétiū, ferro, igni, veneno tollatur è medio. At-  
 que ita breui futurum est, vt quod in uno factum semel &  
 probauimus, & gauisi simus: id in multis sepius & doleamus,  
 & improbemus. Credite mihi, non mediocre discrimen ne-  
 que conuenienter accipiendum, vt titulo reperto, priuatus  
 hominem iudemnatum interficiat. Id ita esse facile liquebit,  
 siquidem animaduertimus, nihil omnium esse, quod lex par-  
 ciens, circumspectiusque permiserit. Etenim si memini) tribus  
 duntaxat temporibus lex indulxit, vt quis citra iudicium ho-  
 minem occidat. Primum adulterum, scd in uxore deprehen-  
 sum: id quod intemperanti & insuperabili mariti dolori do-  
 natum est. At ita si corpus verumque pariter interimat, si ar-  
 gumentis idoneis deprehensum fuisse doceat. Deinde in vi  
 depellenda. At ita si demonstres te mortem effugere nequis-  
 se, nisi mortem intulisses: id lex ita interpretatur, quasi se-  
 tueri potius sit istuc, quam alium occidere. Vt ergo tamen  
 facti sui ratione reddere cōpellitur, statim se se prodere, nec  
 expectare donec in ius trahatur: atque (vt ita dicā) vltro se-  
 met reū facere cogitur. Quod si omnia cōstabunt argumēta:  
 ita demū à lege dimititur, vt venia, nō laude dignus esse vi-  
 deatur. Postremò in tyrannicidio: vbi propter periculi suscep-  
 ti magnitudinem lex præmium quoque proponit: at ita, si  
 cum quem tibi lex isto velut insigni tyrannici nominis deno-  
 tavit, fortiter occideris: non si scelestū alio scelere sustuleris:  
 neque patietur te ius occidendi permisum, latius quam ad  
 unicum tyranni caput trahere, nisi si quis obstat, vt  
 per illius necem tibi necesse sit ad illum penetrare.

Namque hoc factum tuum secunda illa ratione defendit.  
 Huic tertio generi fortasse proxima videatur hostem in bello ferendi facultas: quam tuse tamen libidinibus nos permisit. Nisi palam hostis sic declaratus, nisi in Imperio  
 verba iuraris, nisi ille aciem eduxerit, nisi signa canere fecerit, tibi fraudi futurum est, hostem interfecisse. Tu dictum es: Hostem occidi, nam plus quam hostilia faciebat, donec  
 hostis tantum aberat, re hostem agebat. Lex respondebat:  
 suorum partium suissimorum hostem declarare; ac tuo fortasse latere fruetur; verum ne serpat exemplum, prænas de re luce.  
 Quid autem aliud abs te factum est? Vnum tibi lex dominum  
 designauerat: tu illius vocabulum tuapte autoritatem  
 alium transfers, quod nisi in vnum non potest competere.  
 Neque traduci debet ab eo cui lex attribuerit, ne tibi fuit  
 aliquando quem voles magistratum, quem voles Iudicem,  
 quem voles ciuem; tyrannum appellare. Neque vero lex  
 grauiissimis causis lex tot vinculis astrinxit hanc in vita  
 alterius licentiam. Perpetdit nihil maius eripi cuiquam posse, quam vitam: vidit in extictum facilem varias causas cor-  
 fangi etiam impunè posse, quandoquidem ille non fit reatu-  
 rurus, qui iacet. Vedit quam multis titulis suum quisque bo-  
 lorem posset praetextere, si post occisum hominem vilifica-  
 sa recipiat, praeter eas quæ legibus sint expressæ. Quia  
 quod grauatum sibi quoque lex permisisse videtur, ut homi-  
 tri vitam eripiat: quam comperta, quam multa requirit argu-  
 mента, quam multa concedit reo, quam malignè agit com-  
 store, quem non nisi suo periculo vult accusare: quantum  
 spatij largitur ei qui defertur: quam liberam Iudicium rei-  
 ctionem. Quantum igitur à mente legis abesse putas, ut cui  
 liber permittat, vel pro suo priuato dolore, vel domestici  
 juris interpretatione, hoc est, subversione in cuiusquam vi-  
 tam grassari? Neque ad rem pertinet, quantum criminum  
 aceruum exaggeres, quantumuis etiam verorum, addo noto-  
 rum: dicas patricidam, sacrilegum, incestum, proditorem,  
 peculatorum, veneficum interfeci. Tyrannum lex iubet occi-  
 di. Atqui hic unus multis tyrannis erat sceleratior, pestilen-  
 tiōris, ciuitati. Ad ista tamen multa crimina, lex tibi verbo respō-  
 debit: nihil moror quā fuerit scelerosus, qui perire: in unū ty-  
 ranū tibi i' fecerā occidēdi, in reliquos in ius trahēdi. Si de-  
 cūlisses: auditus, reuictus, dānatus à me palam prænas dedi-  
 sūt.

et, omnisque Reip. salubri exemplo fuisses. Nunc tu privata ibidine interficies, pro saluberrimo exemplo, perniciofissimum in ciuitatem induxisti, & legum instaurationem, à legis violatione auspicaris: hoc est, malis malo mederi studes. An me clam esse putas, quām multi sint in hac turba vita indigni, morte dignissimi? At eos meæ cognitioni, non tuis manibus seruo: sunt fora, sunt tribunalia, sunt Iudices, sunt carceres, secures, carnifices. Cur tu mihi præire conaris? Cum nullo mandante magistratum occupas? & dum Tyrannicida videri vis, tyrannum imitaris? Nam quo alio nomine tantopere mihi est inuisus ille, nisi quod mihi parere rebusat, & præire conatur? Ei demum ferrum tractare licet, cuius manibus ego permisero. Si iuuenem occidisses, quod non alia patuisset ad tyrannum via, darem veniam necessitati: nunc occidisti, non pbsistentem, non auxilium ferentem patri, sed patris opem implorantem. Huius vnius cæde contentus discessisti, tyrannum nec impetisti, in quem vnum tibi ius feceram. Meum erat expendere, vrum ex vnu Reipub. fuerit, an iuuenis occideretur: malueram illum exquisitoribus excruciatum supplicijs, exemplum omnibus edere. Neque hęc dico Iudices, quasi parum gaudeam pariter cum patre sublatum filium: vtinam eadem opera simul omnes sint oppressi, quibuscumque tyrannus placet. Sed quis prohibet, simul & gaudere, quod deorum bonitas nobis hanc rem benè verterit, & tamen non committere, ut huius temeritas, si iudicio comprobetur, in legem atque exemplum trahatur? Nec de iuuenis iniuria vindicanda nunc agitur, sed de legis violatæ maiestate. Non enim par est, ut cuiquam personæ præter ius exticti odium in scélere suffragetur. Neque tam spectandum in quem commissum sit facinus, quām quo exemplo commissum. Alioqui cur non eadem opera fas sit in tyranni nepotes, pallacas, pueros, uxores, liberos, lenones grassari? Bonam tyrannidis partem vxor s̄pēnumero suggerit. Ad summam immanitatem nonnunquam libertus aliquis, aut vernula instigat: cur non & hos iugulas, si tibi ius est aestimatione privata meritorum ciuem iugulare? Quid quod est aliquid tyranno nocentius, in quod tamen haudquaquam tibi ius sit occidendi? Finge esse qui totam hanc vrbem, templa, domos, curiam conatus sit incēdere, imò qui iam compluribus

locis ignem subiecerit, sed incendium subito exorto in-  
restinctum: authorem nō obscurum, verū abditem lauit.  
Eū forte fortuna reperiū, manu tua trucidā. Nū lex iūs  
quām approbabit? Non opinor. At qui tyranno ille quanto  
rat nocentior? Tanto nimirū, quanto est atrocies & crimi-  
nem semel funditus euertere, quām expilare: cives vno  
vno igni finire, quām in pauca quādam sauvire capita. Eū  
men in vnum tyrannum stringendi ferri potestas privata  
permittitur. Illum deferendi modò ius habes. Hic in seculis  
aperta legis mentem calumniari, & nouo interpretare  
tvum facinus palliare: quid tādem aliud est, quām legi au-  
thoritatem euertere, atque id per eunulos quoddam agere?  
quod tyrannos palam ac vi facere cōsuevit? In recipienda le-  
ge fas est populo causam, & equitatēmque legis excutere. Ca-  
terūm recepiq, & longo iam vsu coimprobatae, simpliciter o-  
portet obtemperare. Neque enim existimandum est maiestas  
illos nostros, viros sine controversia sapientissimos, ita sine  
gravissimis rationibus instituisse, vt priuatim interficiantur.  
Tyranni facultas vnicō capite finisetur. Primum ad iugulā-  
dilicentiam, fenestram aperiendam cinibus non praeuerit  
deinde perspiciebant tyrannidē fatale quoddā esse Reip na-  
lū, quod minore noxa toleraretur, quām male exagitaretur  
neque posse semel tolli, nisi ipsius cōdere. Quo submoto vi-  
delicit qui legibus imperabat, non parebat, iam nihil opus  
esse priuata audacia, nimirū illis in reip. administracionem  
vindicatis. Quod si tyrannus in ius vocari potuisset, ne hec  
quidem tuꝝ dextræ arbitrio permisisset. Videbāt & illud: ty-  
rānidem nonnullā habere monarchiā legitimā speciem: hoc  
tantum interesse, quod in monarchia populus regi pareat, ita  
legibus: in tyranide omnia vnius libidini subiecta sunt. Reip  
publicam spectat utilitatem, tyrannus priuatim suā: unde pa-  
blicitus expedit, vt tyranno veluti principi legitimo ciuitas  
pareat, donec idoneus aliquis vindex extiterit, qui legit  
authoritatem in pristinum statum restituat, atque id vno sū-  
fieri potest) capit isactura. Nā hac moderatione in fatalib[us]  
illis pestibus, quæ totum Reip. quasi corpus corripiunt, legū  
prudentia consuevit vti: vt exemplo magis, quām administra-  
tione, morbo medeatur: ne dum ciuitatem sanare studet, ma-  
gnam ciuitatis partem interimat. Hinc est quod in seditioni-  
bus publicis non nisi in ipso authores cōsuevit animadver-

ti, reliquis quos tēpestas illa cōmouerat , dari venia : aut vix  
 etiā dari venia, qui in publico Reip. tumultu quietē egissent.  
**Q**ue potest autē pestis esse fatalior, quā tyrānis? Quę se le latius  
 in ciuitatis n. ēbra diffūdit? Quota quęque vrbis pars ab  
 hoc vitio syncera potest esse? Omitto iā quicquid est ambi-  
 tiosorum, & re alieno obstrictorū , scelerē contaminatorum,  
 barbarorum (nā h̄c tota sentina hominū tyrannide gaudet.  
 vt in qua nullis maiora, quām sceleratis sint præmia) bonos  
 etiam cives hoc malū inuoluit. dū vel timēt fortēs suis, vel  
 & tu iudicāt seruire tempori. In hoc itaque rerū statu leges  
 nō extinctæ, sed oppressæ modò, cautim & circūspiciēter a-  
 gunt: intelligunt hoc vleus circa summam ciuitatis perniciē  
 exasperari non posse, vnius capitis dispendio cōmodè sanari  
 posse. Quare docto cuipiā medico præmium ostēdūt, digito  
 demonstrāt, quod mētrū secari velint, quibus abstineri. Ca-  
 put indicarūt illæ, tu dextrā secuisti. Illæ tyrannū, tu tyranni  
 satellitem occidisti. Quo præmio dignus? Nēpe eo quo qui  
 morbo inscīte exagitato, totum hominē in extremū vitę dis-  
 crimē adducat, quo qui hominē legibus vetantibus occidat.  
 Neq; ego nunc te cēdis reū ago, ager alius fortassis, cuiq; q;  
 Iubitū erit: verū illud modò cōsiliū fuit, ostendere tibi quā  
 insignitæ sit imprudētæ in ea cauſa, tā eximiā tibi vendicare  
 laudem, tam egregia poscere præmia, in qua nequeas obti-  
 nere , si modo tecum exactius ac severius agatur, vt gra-  
 uis pœnas effugias. In nunc & curiosum me voca: qui tam  
 candidè , tamque civiliter tecum agam: vt quin te possim  
 in grāe discriminē vocare , sat habeam legis & Reipub.  
 cāuſam defendere, ne circumuenta præmium dare cogatur  
 ei, qui nihil boni sit promeritus. Id quod non iudicibus mo-  
 dō ( quibus istuc iam dudum liquere puto ) verū tibi e-  
 tiam ipsi cupio persuadere: & facturum me confido , si  
 modo tantisper animum possis attendere. Vin' igitur , vt  
 quemadmodum tu faciebas, itidem & nos summatim totam  
 cauſam ob oculos reuocemus ? dispiciamūsque quām  
 multa tuo in facto desiderentur ad id , vt legi satisfeceris:  
 & quantum tu sis hallucinatus , quum multa diceres etiam  
 superesse? Tria quædam requirit lex , & ita requirit, vt  
 si quodlibet horum desit , aut pœnam te , aut certè nihil  
 gratiæ debere se credat. Quorum ego non vnum aliquod,

sed vnumquodque deesse docebo. Quod si facio, vrum et quo animo cedes præmio, an impudenter petere perfides? Ergo rem accipe. Nisi tria hac tibi constiterint, non est quid tyrannicidæ præmium petas: Animus, via, & effectus. Amisimus duo quedam complectitur, vel quid speraris, vel quid proposueris. Nam si tyranum per imprudentiam occidies, si præter propositum, non magis profectò præmium ubi debeatur, quam si quis tyranno amicissimus idem fecisset, nam idem potuit accidere. Tu porro quid propositi in arcem attuleris, ipse videris: ita demum legi persuasum eris, ut voluisse occidere tyranum, si occideris. Non occidisti, atque id etiam quum tibi in manu fuerit (vt ait), si libuisset interficere. Lex negat suâ referre, vrum tyrannicidij propositum in arcem non attuleris, an allatum repente mutaris. Iam quid speraris, excutiamus. Quanquam isthuc leges non in valde curiose pensiculantur: sed tamen in tam absoluto facinore partes omnes constare oportet. Quid enim si tyranum interfecisses, quod tyranidem ipse occupares, vrum præmium sperares? an supplicium metueres? Quid si geo priuatum animi tui dolorem vlcisceris, tyranum occidisses, atque id esset palam, num præmium auderes poscere? Quid, si latrones tyranum forte fortuna obvium obruerasent, num ad hunc honorem aspirarent? Quid si quis tyranno priuatim infensus, magna te pecunia conduxisse, quod ei tyraño venenum daret, dedissetque, num quod, tyrannicidæ præmium postulares? Ego hic tecum non age coniecturis: nihil dico in vitam tuam, quæ quidem obscurior est, quam ut tu, alioqui tam gloriosus, quicquam de ea ausus fueris dicere: illud vnum affirmare non dubitem, qui tyranum quum tam licuerit, non occidit, plane nolo occidere. Qui cum occiderit, cuius mors extremum exitium Reip. videretur allatura, potius quam ullam commoditatem: is aut priuatum dolorem vlcisci voluit, non libertatem publicam vindicare, aut emolumentū suum sequutus est Reip. periculo, non suo periculo Reip. studuit prodesse. Postremo non potes nisi gloriæ ieiunio adductus videri, qui tam insolenter se iactat. Non potest non videri lucrum sequutus, qui tam improbè præmium flagitat. An non vides igitur quantopere hac parte à tota legis mente dissentias? quem illa tuae vita periculo sua causa voluit occidere, cum tu non

periculose in Remp. irritasti: quem sua causa noluit occidi, cum tu maximo nostro periculo tui compendij, aut animi fortasse gratia iugulasti. Sed finge te animum tyrannicida dignum ad facinus attulisse, lueri perinde ut vitæ contemptorem: magni tamen refert, qua ratione tyrannidem tollere aggreditur. Iam enim omnia tibi ex animi tui libidine largior, quæ tamen nemo aliis tibi concessurus est. Te in filio iugulasse patrem, in non tyranno tyrannum. Largior istuc Delium aliquem tibi prædixisse, ut certum præscire potueris, quod ipse etiam vix diuinare Delius potuerit. Licuisse tibi patrem occidere, si libuisset, verum hoc pœnæ genus tibi magis placuisse. Sustuleris sanè tyrannidem, idque noua quadam & inusitata ratione. Vides quām multa tibi dono. Tamen obſistam tibi, nec ſinam ferre præmium, propterea quod ea via ſustuleris, quæ legi non probatur, quæ non expeditat moribus ciuitatis, quæ non fit forti viro digna. Age quid si tyranni filium infantem in cunis iugulasses, & rursum adfuisset Delius ille, per quem certum præscire posses, fote ut necato puero pater ſibi mortem accerferet, atque id euenisset, utrum te tanquam tyrannicidam ſuspiceret Resp. an potius tanquam immanem & ferum hominem execraretur, qui in eam ſeuieris etatem, cui etiam ab hoste armato parcitur, quæ leonibꝫ etiā miseranda videatur? Quin ergo? Utetur tuo maleficio Resp. cæterū exemplum haudquaquam probabit. Quid si tyranni uxorem: quam ille misere deamaret, per vim conſuprasſes, atque ille eius impatiens contumeliaz, fugerit è vita: utrum tyrannicidij laudem flagitabis an raptus & adulterij ſupplicium potius formidabis? Res obscura non est, Conferam tuo facto propria. Quid si tyranni medicus quum eſſes, veneno ægrotanti dato, illum ſustulisses, utrum ut veneficum oderit te Resp. an ut virum fortem admirabitur? Tyrannum ſublatum gaudebit, facti rationem, modumque detestabitur. Quid si quum te tyrannus familiariter uteretur, tu in conniuio prætextu necessitudinis venenum porrigeres? Denique ſi per magicas imagines ac maleficas quasdam deuotiones tyranno vitam ademilles: utrum à lege præmium, an pœnam expectares? Atqui tyrannidem utcunque ſustulisti. Euentu gaudet lex. Verum exemplum tam perniciosum in Rempub. non recipit: ut confuerant ciues ſcelus vicisci ſcelere, patrem in

filio iugulare. Vides quantum momenti sit in modo. viagis,  
 ut factum tuum approbetur? Quod lex permittit ut fiat non  
 statim permittit, ut id via qualibet efficias. Adulterum ferre  
 occidere licet, veneno aut incantamentis non licet. Curis?  
 Quia pestilens exemplum omnino tractare venena. Nec illa  
 ylla causa quantumvis honesta, finit in civitatem ierere.  
 Quid quod ne hostem quidem veneno, aut malis artibus  
 interficeret fas est? Nam nusquam non improbat malitia  
 lex: & veneno tincta tela etiam in bellis interdicta sunt.  
 Quod si modus facili spectatur in his, in quibus nullum  
 petitur premium, quanto magis id fieri in his, in quibus  
 sumnum petitur? Lex triumphum statuit ei, qui  
 certum hostium numerum fuderit. Fuderit aliquis non acie,  
 sed aquis & pabulo veneno, tinctis. Vtrum ciues hunc &  
 quis oculis spectare poterunt triumphantem, an potius sicc-  
 ti veneficum oderint, auersabuntur, execrabuntur? Quia  
 quod priuatis etiam in rebus via, modisque perpendere  
 quod magis idem oportebit, cum in publico, cum in splendi-  
 dissimo facinore, ut a quo conueniat omnem sceleris impri-  
 cionem absesse? Age illud tecum reputa, si medico mercede  
 pactus essem, quod te morbo leuaret, atque ille non pharmaca  
 sed maleficis & incantamentis morbum emisset, virum  
 premium dabis, an magis hominem in ius trahes? invenias  
 malis artibus datam reum ages? Clamabit ille, morbo te leu-  
 ui, qua via quid istuc tua refert? Hoc tantum spectabis, si  
 morbo liber essem, ei rei merces est promissa. Ingratamente  
 vocabit, qui nisi sua opera, ne essem quidem, qui premium  
 negare posses. Tu protinus respondebis, opinor, medico ut  
 premium esse pollicitum, non mago, neque debere quic-  
 quam nisi rem malam ei qui beneficium male  
 dederit quanquam ne dedisse quidem videtur, cui  
 malum malo tollit. Id enim mutare est incommodum, non amouere. Dices enim animo nocitum, dum  
 corpori subuenitur. Atque istam litem vinces, etiam iaque  
 iudice. Atqui eadem, aut melior etiam, & vincibilior est tecum  
 causa legi, quam quae tibi futura fuerat cum medico. Nam ibi  
 de priuata mercede la disceptaretur, hic de publico hoc est.  
 Ibi falsus est unus, hic legi fraus facta, per quam cautum o-  
 portuit, ne quisquam ciuium circumueniatur. Ibi  
 falsus data, certa quidem & efficaci, sed suspecta & im-  
 probata via: hic nefario scelere ( cur enim

ion sic appellatur homicidium , quod in ciuem contra legem admissum sit ) non libertas restituta, sed in extremum discrimen adducta Respublica quandoquidem tuum . factum perinde habet , ac si medicus quispiam adecuram mercede conductus ; venenum pro remedio ministret: quod tamen ægrotanti (ita ut non raro consuevit accidere ) per occasionem morbum adimat . Qui reualuit , suis fatis acceptum feret quod viuat . tibi mortem , tametsi vitarit , impunitabit . Neque iua referre putabit , utrum imperitia , an perpetram , ac studiosè pro pharmaco venenum porrexeris : propterea quod tei fuerat officij , aut non suscipere negocium , aut fidem simul , & artem , & industriam , ac diligentiam , & quicquid à probato artifice solet requiri , ad curam adferre . Sed age , siuimus adhuc possidere te , quod dudum sumus largiti: ut pland ista via tyrannum occideris , citra ullum Reipub. discrimen . Lex non approbat facinus tuum : nisi non tantum à crimine , verum etiam ab omni criminis specie procul abfuerit : ne videlicet ea quæ in hoc potissimum adhibita est in ciuitatem , ut maleficium omne secludat , incolumentem suam quam conueniebat , aut Deo cuiquam , aut certè Dijs simillimo homini acceptam referri , sceleri debere dicatur . Non approbat , inquam , nisi Tyrannum ipsum quem nominatim indicauit ipsa , quaque permittit via fusteris : ne per rimam istam periculorum exemplum in Remp. irrepatur . Postremò non nisi ferro , non clancularijs ac maleficiis artibus : nisi virtute , nisi manu , nisi vita tuæ manifesto contemptu tyrannum trucidaris . Neque enim hoc tantum spectat lex , ut Tyrannus in præsens submoueatur : verum illud multò magis respicit : ut omnes mortales intelligent in ea ciuitate viros esse fortes , qui non vereantur vitaे suæ dispendio patriæ cominodis consulere : ac præclaris exemplo facinoris , omnes etiam in posterum ab affectatione tyrannidis deterreantur : cùm videant in ea ciuitate nullum esse tyrannis satis tutum præsidium : quandoquidem illud nemo nescit , qui vitaе suæ sit contemptor , cum esse aliena vita dominū . Nā quod omnino satellitiū , quæ excubiq . qui parientes , quæ arx . quæ arma aduersus huiusmodi animū Tyranni caput defendant : qui patriæ libertatē sua vita bene credat emi? Postremò autem : ut maximè tibi constet animus , ut constet via , id quod est totius negotij caput , non effeci-  
sti . Tantum enim abest ut tyrrannum occideris :

ut quantum in te fuit, tyrannidem maiorem in modum stultitiae, imperfecto tyranni filio. Quid autem refert, malitia ne stultitia Remp. in discrimen adduxeris? Nam illo quod vulgo dicunt nihil verius: Intempestiuam benevolentiam nihil à similitate differre. Tantum abest ut occideris tyrannum: ut ne suspicari quidem potueris id carenturum, ut ipse semet occideret. Sed iuvencem occidisti patre insolentiori: quidrum postea, si patri & huius scelera lex imputat? Magnum proinde tyranni satellitem, non Tyrannum occidisti. Sed paratum tyrannidis haeredem occidisti: in tyrannidem succedit, qui prior, qui potior est in occupando. Verum est post sanè, certum haeredem sustuleris: igitur qui tyranus erat futurus, interemisti. At qui quod futurū est, id nō dī est. Postò lex cum qui iam tyranus sit, tolli iubet: non quæ aliquando futurum diuines. An qui statuam ex pacto debeat, & rudem truncum præstiterit, fidem persoluisse videatur? Non arbitrabor. Vbi nunc igitur sunt illa tam multa, quæ tibi ad præmium postulandum supererant? Vides quæ ne vnum quidem om̄ium tibi constet, quorum nihil operabat deesse. Volui, inquis: id demum voluisse te lex credit, quod effeceris. Postea è re nata propositum est commutatum. Hoc igitur præmij tibi debetur, quod ei, qui in Olympijs medio cursu, relicta meta, ad carceres reflectit habendas. At periclitatus es. Proinde id laudis auferes, quod is qui sudauit in Olympijs, nec vicit. Sed occidisti denique: verùm eum, quem neque lex permittebat arbitrio tuo, acque ex usu publico fuerat occidi. At bene vertit ciuitati, quod fecisti. Numini igitur gratia debetur, tali, qualem Palladem Atticis fuisset ferunt: de qua prouerbium extat: quod Atheniensium maledicunt consulta, in bonum exitum vertere consuevit. Non tu leges seruasti, sed sustulisti: non libertatem restituisti, sed numen aliquod huic vrbi propitium, quod eventum tuæ temeritati debitum, sua commoditate à nobis auertit, quod tuam stultitiam nobis vertit in occasionem restituendæ libertatis. Non ego ingratum erga te populū constituo, immo tu populū ingratum in Deos reddere laboras: quæ cū semel in periculū vocatis, ne pro simplici Tyrannide duplicitam pateretur, nunquam in discrimen trahere conaris, ne ab iratis superis in pristinam seruitutem, aut gravius aliquod infortunium se trudatur. Quid tu te facis & phaler-

Quid tu te fucis & phaleratis dictis in alienum meritum insinuas? Quid tibi in eo negotio laudem vniuersam vendicas, ex quo preter pœnam temeritatis, nihil ad te redire meritò possit? Si Reipublicæ, si Iudicibus probare potes, animum tuum Tyrannicida dignum, qui nullum periculum vitæ Reipublicæ caussa recusarit: si facinus non scelere, non perniciose exemplo, sed legitima via peregisti, si fortuna tuis egregijs conatibus bene expeditum dedit euentum: aude Tyrannicidam te vocare: aude pulcherrimum, ac penè divinum munus à Republica poscere, aude nobis seruatas leges, restitutam ciuitatem: aude templa, aras, focos, fortunas omnes, tutos pueros, inuiolatas virgines, impolluta matrimonia, denique hoc ipsum quod hinc lege & apud Iudices agimus, exprobrare: aude mihi minari, quod obstiterim: aude ciuitatem ingratitudinis insimulare, nisi laudem promeritam persolaserit: aude Iudices, vel iniquos, vel corruptos clamitare, nisi suis sententijs præmium tibi decreuerint. Contrà: si suspectum quid volueris, si periculose, si contra leges, si cum scelere coniunctum quod feceris: si pudor, ac de sine tandem improbe præmium flagitare, quod nulla ratione promerueris: pœnam, si lapis, incipe deprecari Isthuc fortassis ab æquitate Iudicum, à ciuitate deorum munere læta, queas impetrare. Neque enim putas unum me te à præmis deterrere. Imaginare isthac in caussa pariter & leges, & Rem. pub. & deos tibi aduersari. Puta leges his tecum verbis agere: Si nos verè restitutas videri vis, sine nostram authoritatem primum in hac tua causa valere. Longè plus laudis ex hoc iudicio referes: si nobis celeris: si parueris: si tuam cupiditatem nostro submiseris arbitris: si primum exemplum in te ciuibus edideris, reuixisse nos: si monstratis ciuitati iam non ex sceleratorum libidine, sed ex nostro præscripto cuique viuendum esse. Atque altera ex parte Rempub. hac tecum oratione vti puta. Si ciuem bonum mihi præstare studes, noli hanc stulticiz notam mihi iniurere: ut in posterum recognita, dicar ebrietate quadam gaudiorum ei præmium decreuisse, cui pœna magis deberetur: noli mihi deos, quos vix denique tam diutinis votis, tot sacris, tot pteibus, tot meis malis placauai, commoui, propicios reddidi, denique per ingratitudinem iratos atque infenos reddere. Sine ut mihi per te liceat, saltem illorum beneficio siui.

Bb b b

Quòd si te neque leges, neque Respub. commouer: certe Deorum orationem vereri debes, quos ita tecum agere putato. Quid tu in nostræ laudis possessionem ingens? Quid honori nostro inuides? Cur non finis nos in hanc ciuitatem perpetuò benignos esse? Cur tu ipse tam ingrates existis? Ciuitas hæc semel mihi restitutam libertatem debet, tu bis debes, commoditati nostræ: & quòd Rempub. seruavimus, cuius tu pars es, & quòd commoditate nostra tuam periculosam stultitiam, vel scelus potius in maximam felicitatem verterimus. Etenim nisi nos dextri, propitiique adfuissemus, quid aliud tu quam perieras, & per te Respub? Quòd si planè contendis, ut præmium aliquod feras, abundè magnum præmium à nobis persolutum est, quòd per nos res à te malè instituta, bene verterit. A legibus merito maior relata gratia, si nostræ prosperitatis respectu, temeritatis simul & sceleris veniam condonarint. A ciuitate satis amplam laudem feres, si ea patiatur, ut in restituçæ libertatis historia tuum quoque nomen admisceatur. Hac laudis parte contentus desine nobis debitum velle præripere, ciuitati munus nostrum eripere, legibus autoritatem adumtere. Sed finem facio, nimirum exstincta iam aqua. Quod superest, nunc vestræ partes sunt Iudices, statuere, utrum secundum leges, secundum Deos, secundum Rempubl. sententia dicere, an secundum hunc gloriosum ostentatorem pronunciare velitis. Vtrum hanc urbis felicitatem huius temeritatis, huius sceleri acceptam ferre malitis, sèpius exprobrandam, & brevi fortassis à superis iratis (id quod abominor, afferendam an in Deos quibus sine controversia tota debetur, referre, eorundem pietate seruandam, augendam, benéque fortunandam. Vtrum magis ex vsu sit, ut primo hoc iudicio statim leges circumuenientur dicantur, an ut appareat legum restitutarum severitatem, & Iudicium sapientiam aduersus unius iniquam postulationem valuisse.

# L V C I A N I

## Rerum in primo Tomo memorabilium.

### Index.

#### A

- Bderitarum  
morb<sup>9</sup> 658 a  
**A** Abdicationis  
caus<sup>e</sup> 825 c  
Aboni murus  
865 d  
Academici non sunt in be-  
torum insulis 757 c  
Acanthus à tyranno in quem  
conspitauerat , seruatus,  
845 a  
Accidens & præteraccidens  
quid sit 375 c  
Achæi versus 522 a  
Acherusius campus 311 b  
Achillis sepulchrum in Si-  
geo 345 c  
Achillis & Patrocli amor  
qualis 1071 b  
de Achille fabulosa Homeri  
scripta 655 a  
Achillis mollities in fine  
259 e  
Acinacis & Zamolxis Scy-  
tharum dij 648 c  
Actæonià quo & cur imni-  
ti-

- si canes 154 b  
Acu cænæfacta referare si-  
gilla 875 d  
Acrisius Danaen inclusus  
207 b  
Zelotypus senex ibid. d filia  
& filium eius exponit , ibi  
Admetus ineptus poëta  
1011 e eiusquidam versus  
1012 a  
Admiratis hypotyposis 44 e  
Adulatio malorum omnium  
maxime seruile 510 c  
Adulatores detestiores ijs  
quibus adulantur , & su-  
perbiæ illis authores 360  
Æacus publicanus 323 b  
ab Æaco non procul abest  
503 a  
Ædonum fabula 23 d  
Æginetici modij 96 a  
Ægyptiorum superstitiones  
358 a quid pingant litera-  
rum vice 576 a astrolo-  
giamauxerunt 985 e qua  
animalia ab ijs colantur  
986 d  
**B b b b** 2

# INDEX.

- Æneas formosus 992 a  
 Ænigmata narras 334 e 370 e  
 Æqualitas res popularis  
     284 c  
 Æschines 9 d 508 d  
 Æsculapi<sup>o</sup> 185 c 147 b 148 d  
 Æiopi fabula de numerante  
     vndas singulas 617 c  
 Æthiopes deo's conuiuio ex.  
     cepere 346 b bellum cum  
     saltatione ineunt 919 a  
 Astrologiam inuenierunt  
     984 e eorum sapientia,  
     985 a  
 Aëtion pictor 499 d Pro-  
     xenida gener ibid.  
 Ætolica mala 349 a  
 Afianius Rhetor, centurio,  
     Periclis æmulus 681 d e  
     seipsum iugulat 682 a  
 Agamemnon 312 a 314 a 507  
     a 664 a  
 Agapetus 436 a  
 Agathocles medicus 433 a  
     Peripateticus 1008 e  
 Agenor Europæ pater  
     213 d  
 bene Agendi tempus non  
     priorandum 39 c  
 Agrigentini ab antiquo Græ-  
     ci & Dores 849 d  
 Aiakis sepulchrum 345 d fu-  
     roi 293 e mentis compos  
     761 b Aiakis coronis 682 a  
 Ajax Locrensis in sedibus  
     impiorum 755 e  
 Alceus Milesi<sup>o</sup> formos<sup>o</sup> 665 e  
 Alcmenis statuæ in pretio  
     547 b  
 Alcestis ab inferis reuocata  
     279 a  
 Alcmoneæ cum Ioue con-  
     bitus 141 & 151  
 Alcibiadis amoris pœnit  
     Athenienses 655 b à So-  
     crate amatus 1066 a  
 Alcyonis fabula 98 a & d inc.  
     alia fabula 774 d  
 Alea in uno viro iacere 642 e  
 Alexandri magni res gestæ  
     249 c cur Deus videri  
 voluit 256 c Clitum inter-  
     ficit 692 c votum super  
     historia sua 694 e Annibali præponiturà Rhad-  
     mantho 253 c Babylone  
     sepultus, ibid. eius nopus  
     & Roxane 623 e  
 Alexandri cuiusdam impo-  
     storiæ vita, res gestæ  
     857 a  
 Alexidis versus 522 a  
 Aloei filiorum factum  
     324 d pœna ibid.e  
 Alpheus Arethusam amans  
     192 e  
 Alytarches Sortium con-  
     templator & explorator  
     572 d  
 Amabilitas & Cupido Vene-  
     ris liberi 26 a 171 d  
 Amantium stultitia 464 a &  
 Amatores opulentí in pretio,  
     inopes contrà 393 c  
 Amauit quidam Venetum  
     marmoream 1032 c  
 Amatores iracundi 181 b  
 Amaltheæ cornu 470 a  
 Amantium actiones  
     152 b  
     affectus 1062 c

# INDEX.

- Amastris** 880 e  
**Amici malis non illudendum** 231 e  
**Amoris vis** 133 b 146 c 269 a  
 duplex 1054 c eius gradus 1069 e  
**Ammonis oraculum** 987 a  
**Amores** 1018 a & deinc.  
**Anphilochi templo, vaticinia,** 222 a  
**Anymones fabula** 197 c  
**Amico** urgente quid facias? 322 e  
**Amicitia maximum bonorum** 1001 c  
**Anacharsidis historia** 646 e  
**Anacreon in beatis insulis** 755 a fulmine à Ioue cur petitus, ibid.  
**Anaximenes cur innotuerit** 622 d  
**Anchotæ vitreæ** 743 e  
**Anchisæ & Veneris amor** 164 d  
**Andromedæ fabula** 211 d  
**Anemodromi** 717 e  
**Anguillarum in morem interdigitos elabi** 77 d  
**Animantium vita breuis** 1037 b  
**Anima vt immortalis** 1009 d  
**Animæ in homine plures** ibid. eius tres partes 943 d  
**Animus scopo similis** 45 b  
**Animi ornamenta incorrupta** 8 a  
**Annibalis gesta** 247 c  
**Annorum mensium horarumque numerum instituerunt Ægyptij,** 986 a  
**Annus Solis circuitu definatur** ibid. a  
**Annuli Romanorum modijs mensurati** 247 e  
**Antilochus vates apud Cilices** 874 a  
**Antimachi versus** 776 e  
**Antiochiaæ ciues saltationis obseruantissimi** 946 d  
**Antiochi soxeris cum Galatis pugnaturi somnium faustum** 523 d pugna cum Galatis 633 c  
**Antipho somniorum interpres** 770 b  
**Antipodes an sint** 1006 c  
**Antisthenis baculus ex oleastro** 245 b  
**Anubis Ægypti Deus** 372 a  
**Anitus & Melitus Socratis accusatores** 391 e  
**Aniti & Meliti in Democraatem** 1002 a  
**Aornæ petra ab Alexandro occupata** 533 c 259 c  
**Apelles pictor** 499 d  
**Apis Ægyptiorum Deus unde capi soleat, quantum lugeatur mortuus.** 359 a  
**Apis mellis opifex & quomodo formetur in fauo** 102 b  
**Appolinem Branchus & Hyacinthus amant** 122 d Daphne fugit, ibidem Hyacynthum disce  
B b b b 5

# I N D E X.

- occidit 149 c se consulentes decipit 153 b citharœdus, medicus, yatesiaculator, ibid, & 389 a eius exiliū ob Cylopes 351 a mercenaria opera apud Adinetum, ibid. b apud Laomedontem cum Neptuno, ibid. vnde eius templum Delphicum ditatum 854 e ubi colatur 355 a Græcia pestem immittit 350 d à nemine falli potest 837 d  
**Apollonius Thyanus** 862 d  
**Apollonius philosophus** 1009 b  
 in Aquæ scribere 449 b  
**Aquileia vrbs** 896 c  
 Aquilatum pulli ut probentur 420 c  
**Arabiam eauam serere** 511 c  
**Araneæ Cycladibus maiores** 719 a  
**Arbitrorum delectorum iudicio acquiescendum** 815 c  
**Arborei seu Dendritæ homines**, & eorum fabula 725 d  
**Arborum vitrearum fabula** 754 b  
**Arcades Astrologiæ contemporares** 994 e Antiquiores se Lunæ dicunt ibid.  
**Archelaus tragicus poëta** 657 d  
**Architelis vxor Dimenete** 645 d eius visio ibid.  
**Archytas Pythagoras discipulus** 520 c
- Arcopagitæ in tenebris indicant, & cur 551 b  
**Arethusa & Alpheus** 192 c  
**Argiuorum & Lacedemoniorum pro agro bellicus** 347 a  
**Argos fiticuloseum** 197 e  
**Argus toto corpore videns** 123 d 166 d  
**Ariadnes filium Theseo datum** 578 e eius chores 917 a  
**Aries ab Ægyptijs colitur** 986 d  
**Aries aureus Thyestæ** 992 a  
**Aries Aureus Phryxi** ibid d  
**Arion Lesbius** 755 a eius fabula 201 b  
**Aristarchus Grammaticus** 579 a  
**Aristarchus Phaleræus Imperator** 411  
**Aristeas hæredipeta** 244 a  
 delinitus Milesijs scriptor 1019 a  
**Aristidis inopia** 744  
**Aristippus Cyrenæus Diogenium Sicilizæ tyrannum liberat** 310 a vnguentum olens 273 a eius mores 368 a & seq.  
**Aristippus & Epicurus in beatis insulis iucundi copotores** 756 c  
**Aristobuli adulatrius liber ab Alexandro in flumen projectur** 668 b c  
**Aristodemus sceleribus nobilitatus** 860 c histrio 507 a  
**Aristonis conuiuium** 955 d

# INDEX.

- A**  
 Aristophanes poëta vir sapiens 731 d ille & Eupolis Socratem\* in scenam introducunt 4042  
**A**ristotelis sententia de bonis fortunæ 254 e ut Alexandro est abusus ibid.  
**A**rtus & Epeus pugiles pares 760 d  
**A**rrianus Epicteti discipulus 858 e  
**A**rs longa vita brevis 530 c  
**A**tsacis Medorum præfecti mors 286 a  
**A**rtis mechanicæ facilitas & commoda 2 a b eiusdem incommoda 7 a instrumenta 10 a  
**A**rtium inventiones 1051 a  
**A**rtis perito credendum 324 a  
**A**rtemidor⁹ adolescēs 644 c  
**A**rtemisia Mausolo mortuo erexit sepulchrum 281 d  
**A**rteria trachea nihil recipit 663 b  
**A**sinus Cumanus Leonina pelle indutus 408 d  
**A**sino nil commercij; cum lyra 483 a  
**A**sinis petulantiores 411 a  
**A**sinorum ruditus loco tubarum 420 d  
**A**spasia meretrix 923 b 979 a  
**A**ster Philippum Macedonem orbauit oculo 691 b  
**A**styanax è turri deiectus 353 b  
**A**strologia ab Æthiopib. inventa 984 c ab Ægyptijs  
 aucta 985 e Babylonij nota 987 a vnde Græci habuerint ibi. b ab Arcadib. contempta 994 e eius commendatio & defensio 995 a & seq.  
**A**thenarum encomium 29 c  
**A**tlas cœlum fulciens 325 d  
**A**thletæ fœlicitas 573 b  
**A**treus de sole locutus 989 a  
**A**ttis fabula 353 e amatus à Rhea 145 d  
**A**ttica subsannatio 14 b eloquentia 494 d decas 654 c  
**A**uarorum graphicæ descrip-  
tio 67 a & seq. Tantalo similes 70 c  
**A**ugiaæ bubble 858 a  
**A**ugusti primi come ingeniu 527 a  
**A**urum sicut sanguinem 88 c mala propter aurum 322 d contempnendum ut calculi littorum 95 b  
**A**ures quām oculi minus si-  
de dignæ 685 c **A**ures por-  
tentosæ 728 c  
**A**utolycus fur à sydere Mer-  
curij \* 992 a  
**A**uri munera grata sapien-  
tibus. 385 e
- B**
- B**abylon qualis vrbs 346 a  
**B**abylonem cepisse 470 a  
**B**abylonij nota astrologia 987 a  
**B**accham ex viro fieri 909 c  
**B**acch⁹ è femore Iouis 352 d  
**B**b b b 4

# INDEX.

- in eum vini inuentorem  
 calumniae 156 e res geste  
 ibid. in Nyfa educatus  
 140 c  
**Bacchi ministri Satyri** 927 a  
 ille Tyrihenos, Indos &  
 Lydos saltando vicit ibid.  
**Bacchica & Dionysia fue-**  
 re genus saltationis 927 a  
**Bagoas philosophus eunu-**  
 chus 977 a  
**Si è Barbę prolixitate philo-**  
 sophus estimandus, hir-  
 eus primas tenebit 980 e  
**A Barba de philosophi iudi-**  
 cium 1004 b  
 in Balneis fieri solita 43 c  
**Beatorum insulę descriptio**  
 74 e & sequent.  
**Bebryx Amycus Pollu-**  
 cem vulnerauit 184 c  
**Bellerophontis literę** 905. b  
 eius equi fabula quid si-  
 gnificet 909 c  
**Bellum omnium pater** 659 c  
**Bellum plenilunio adeun-**  
 dum, Lycurg lex 994 d  
 in Bellum & Pacem Home-  
 rus res omnes diniit  
 922 c  
**Bene agere** 510 e bene agere  
 non cunctandum 39 e  
 Bis per omnes 512 a  
**Biton & Cleobis om-**  
 nium hominum felicissi-  
 mi 331 c  
**Bithynicum mancipium**  
 480 c  
**Bithyna fabula** 920 c  
**Blepharus stenator fame pe-**  
 rire 284 d  
**Bonum nullum sine teste in-**  
 cundum 114 b  
**Bona tria, animi, corporis &**  
 fortunę 380 c  
**Bonorū possēsio tempo-**  
 raria 39 c  
**Branchus amat Apollinem**  
 122 d  
**Branchidę quo pacto ditari**  
 864 d  
**Brasidę de nauī descensus**  
 699 c  
**Brevitatis commendatio**  
 703 a  
**Briareus centimanus Iovi**  
 fert opem 174 c  
**Bruta solitudines amant**  
 1044 c  
**Bubalus latro** 892  
**Bucephali hominum genus**  
 777 e 778 c  
C  
**Cabalusa insula** 780 b  
**Cadmus literis legem per-**  
 scriptis 50 d cum execratur  
 ob T inuentum 55 d  
**Cacozeni irridentur in Lexi-**  
 phane 955 & seq.  
**Calcei noui in honore ha-**  
 bentur, veteres proijiciuntur  
 474 d  
**Calculos duos fererant**  
 Lacēdēmoniorum reges  
 642 e  
**Callias qualis** 74 c  
**Callicratides Athenien-**  
 sis 1026. a eius oratio  
 1047 c

# I N D E X.

Callidemides v̄eneno alteri parato extinc̄us	231 c	Castor & Pollux similes	184
Callimachus in descriptio- nibus prolix & or 704 a b eiusdem locu s	1066 b	b viuunt 180 c alternis nautis fauent	185 d
Callimorphus medicus hi- storiographus	673 c	Catena Louis	173 b
Caluarius	317 d	Caucasus	324 b
Calydoniorum calamitates à Diana profecte	349 a	Caulomycetes	720 a
Calypso serua	898 b	Causa iusta eundem accusa- torem & arbitrum non ti- ment	391 b
Cambyses 335 d filius Cyri, regnum & mors 335 d thesauri	17 b	Causa indicta credere, cuius fit	391 d
Camelus nigra	16 c	Causidici perstringuntur 14 deorum mores	406 c
Candor sine rubore ad for- mam non probatur	183 b	Cebes	499 c
Canis Cyrus primum nu- trijt	352 a	Cecrope Codro-ue genero- sior	74 a
Canis in pr̄sepi	67 c	Celer	899 a
Canem in aliquem soluere		Celsi laudes	906 a
910 a		Centaurus	630 b
Canum consuetudo	412	Cenchroboli	717 c
Canicula nomine Myrrhina		Cerberus	310 d 317 d 322
492 c		Cercopes	860 c
Capaneum saltare	946 e	Cestus Veneris	167 c
Capra Iouem nutrijt	352 a	Cethagus	1009
Capitibus caninis & leoni- nis homines	576 a	Cetus fabulosus	733 a
Carbones pro tresauro	603 a	Ceyx	198 a
Carbones thesaurus	629 a	Chæreas	1961 d
Carcharorum orator	493 d	Chærephon	544 a
Carcinochires	737 e	Chalcedon	865 a
Careotis	770 a	Chaldaica disciplina	535 p
Carimantes	958 d	Chaldei diuini	244 d gens
Carion famulus	437 d	mollis	257 a
Caryatissare, saltandi genus à Caryæ vrbe dictum	915 c	Chariades	230 a
Caryonautæ	773 c	Charicles Corinthius	1025 c
Caspia portæ	196 c	illius oratio	1036 d

# INDEX.

cymba Charontis habere	Coena Hecates	111
503 b	Coliades	1045
<b>Chelidonium cinereum</b> 491 c	Colocynthopirate	791
<b>Chimæra</b> 310	à Columnis Herculis ad 14-	
<b>Chiron mortuus est cum im-</b>	-dos	53
<b>mortalis esse potuisse, &amp;</b>	Comastæ Græcis qui dicar-	
<b>cur</b> 283 d & seq.	tur	1051
<b>Choaspis aqua</b> 304 c	Comicum satellitium	639
<b>Chryses expostulatio</b> 350 a	Comœdia spectaculis co-	
<b>Chrysippus</b> 374 c 375 376	uenit	639
377 378 379 619 b	Comus pastor perditè am-	
<b>Chrysippus non potest in</b>	1059 a	
<b>beatas Insulas nisi 4 po-</b>	Comœdię publicus vsus : 1:	
<b>tus helleborum ire</b> 757 b	proprium ipsi saltatione-	
<b>Cinyrus Helenam amans ra-</b>	genus, cordax	923 c et
<b>puit in beatorum insulis</b>	personæ ridiculæ	923
762 d	Coniugium cur inueni-	
<b>Cithara saltatoris admini-</b>	to 50 b eius utilitas	1077
<b>stra</b> 924 a	Conon	603 a
<b>Clavum clavo pellere</b> 510 b	Consilium non mutandum	
<b>Clearchus Medos &amp; Persas</b>	cur	203
' deuicit	Consilium, alia eligere, alia	
257 a	vitare docet	639
<b>Cleobis &amp; Biton hominum</b>	Contentum oportet tñc	
<b>felicissimi</b> 331 c	præsentibus	285 a pt. 2
<b>Cleocritus</b> 435 c	Conuiuum adire primam,	
<b>Cleon</b> 78 c 520 a 692 c	inurbanum, postremum	
<b>Cleonæ</b> 340 b	graue est	
<b>Cleopatrae simia</b> 507 b	Conuiualium fraudum non	
<b>Clitus</b> 692 c cur ab Alexan-	est æquum meminisse	
<b>dro occisus</b> 257 b	109 d	
<b>Cnemon</b> 232 b	que in Conuiuio debet es-	
<b>Cnidus</b> 1027 e ibi memora-	se, que non esse, 109 e &	
bilia, Praxitelis opus, Cni-	110 a	
diæ Veneris templum	Cordax saltationis gen-	
1028 c Sostrati porticus	921 a	
ibid. b	in Comœdia exercetur 921	
<b>Cocconas</b> 863 a	Corinthij aduentu Philip-	
<b>Cocytus</b> 327 c	perturbati, quid fecerit	
<b>Codro generosior</b> 74 a	658 c	
236 a		

# I N D E X.

Cornix anceps animal	980 a	cur à Minerua abstineat
Corcibus	1069 a	159 a cur à Musis
Coronus	731 c	160 a cur à Diana
Coronas sub natibus potius quam super capite ponendas	42 e	161 b
Corpora virorum quam fœminarum robustiora	832 a	Curetes armati saltabant
Corybantes	145 e quid faciant	914 a primi in Creta saltarunt
in Phrygia primū saltarunt	913 e	913 e Iouem seruarunt,
Iouem seruarunt, ibid.		ibid.
Craton	239 a	Curetum sagittæ resina inunguntur
Creon	314 a 507 a	46 b
Creperius Calpurnianus	671 c	Curru bouem dicit
Cretenses fabulantur de Iouis sepultura	62 a optimi saltatores	228 c
914 a		Cybelus, Atheniensium colonia
Cribro vaticinari	865 e	51 e
Crocodilus Stoicoruin	615 a	Cybele
Cræsus seruus	313 a eius latentes aurei	869 a
333 d		Cyclopes 357 c Cyclopis munus quod sit
Cræsi cum Solone sermo	331 a	440 a
Cræsi & Solonis colloquium de felicitate	331 a &c	Cydimachus
Cræsis sedecim ditor	74 a	434 e
Cruces ad effigiē r̄m r̄m	55 e	Cynobolani
Cresias	708 d 768 a	720 b
Cumanus asinus leonina pelle induitus	408 d	Cynocephali
Cupido	1049 e imberbis	737 e
122 a Veneris filius	145 a	Cynirus
eius vis	177 d æthe-	772 e
reus Deus, amicitię fautor		Cyniscus ut mortuus
&c 1049 e Iapeto antiquior	120	433 a quid in vita saceret
		ibid.
		Cypselis obturatrix
		956 a
		Cyrus 55 c 330 d primus à cane nutritus
		352 a rex magnus dictus 55 c Cyri thesauri , 176 res gestæ
		330 d
		Cytimides
		877 e

## D

Dadis	888 e
Daduchus	962 a
Dædalus astrologiæ peritus	989 e
Damasias athleta	238 d
243 a 963 a	
Damnippus	332 c

# INDEX

- Damon adulator 225 d 1017  
 Damonius palestrita 219 a  
 Danae 1012 Danaes fabula 207 a & seq.  
 Danaus duriter educat filias 197 c  
 Danaidum dolium 70 e 246 b 592 e in Danaidum Dolium aquam afferre 70 e  
 Daphne fugit Apollinem 322 in arborem versa 713 a  
 Darius à puero necatus veneno 288 d  
 Darij thesauri 17 b  
 Decelia 1042 c  
 Decretum aduersus diuites 317  
 Deformitas eloquio compensatur 1041 d  
 Deli insulæ exersio 204 & seq. ibi peperit Latona, ibid.  
 Deliciarum & lautitiae reprehensio 43 a  
 Delphica diuinatrix 592 c  
 Delphi assessores Pythij 837 b vnde victimum habent 854 a  
 Delphines hominum amantes 200 c  
 Demas orator 902  
 Dementia infelix 386 c  
 Demetrius Cynicus 938 d  
 Democriti mores 369 c & 873 a  
 Demonax 997 b vita, studia, &c. à 997 usque ad 1017  
 Demonstratio 392  
 Demosthenes 9 c 699 c  
 Demosthenes imperator: capitulus 652 d  
 Demosthenes 852 e  
 Dendrite 725 d  
 Deucalion 59 c eius atra 930 d  
 Deus in culpa non est, sed qui delectum fecit 501 b ex improviso ostensus 612 c Deo parendum 83 e omnia facilia 1002 c  
 Dij qua forma ad Ægyptos iuerunt 358 a Deorum adulteria taxat 115 e quales esse debeant 117 a deis nihil dicendum 294 c eorum per gentes distributione 334 d  
 Dij omnia vendunt mortalibus 349 d eius rei exempla 701 d quid sint 362 c  
 Dialogus & comedie 18 c  
 Dialogi priuatus 18 c  
 Diana agrè fert quod sibi Oeneo non fuerit ad sacrificium vocata 349 a sagittis gaudet 964 c cur amore non capiat 160 b hospites in Scythia mactat 178 b obstetricatur 185 c  
 Didymis est Apollinis templum 993 c Didymi 145

# I N D E X.

- pondent geminis, cœlesti signo ibid.  
**Dimenete Architelis vxor** 645 d  
**Dinias** 962 b  
**Diocles** 977 b  
**Diogenes** 245 c 315 c 364  
     365 eius venditio & præcepta. 366 367 757 a  
**Diogenes** qualem vitam egerit 281 e quid fecerit quum Corinthum inuaderet **Philippus** 658 a dolium voluens 659 a  
**Dion** scipsum strangulat 963 c  
**Dion Heracleotes** 538 c  
